



**Olympiodori Doctissima in Ecclesiast. scholia, : noua &  
Latinis auribus insueta tralatione inserta, Aquilae uidelicet,  
Theodotionis, & LXX.**

<https://hdl.handle.net/1874/416816>

# OLYMPIODORI

DOCTISSIMA IN ECCLESIAST.

*scholia, noua & latinis auribus infusa tralatione inserta, Aquilæ uidelicet, Theodotionis, & LXX.*

Zenobio Acciaiolo Florentino interprete.

# DIVI GREGORII

NEOCAESARIENSIS IN EVN-

*dem metaphrasis, uel ut Suidæ placet, των βαυ-*  
*μεσος λογος, Ioanne Oecolampadio interprete.*

# ARISTEAE DE

LXXII. LEGIS HEBRAICAE

*interpretatione libellus, qui supra quod summorum Pon-*  
*tificum uestes, uasa, phialas, mensamq; auream, tum ipsius*  
*sacerdotis ac templi ornatuum omnem sic repræsentat, ac si*  
*ea omnia coram oculis lustranda exponeret, addit etiam*  
*sapientissimorum virorum dicta responsaq; grauiSSima, tum*  
*mira quandam ac prorsus diuinam sacrorum obseruationem;*

Matthia Palmerio Vicentino interprete.

# BASILEAE

apud Ioannem Bebelium

1536

RERVM HOC OPVSCVL  
contentarum, Index.

A	Dmiratione qui sit dignus.	216
	Agriculturæ studium.	183
	Alexandria ciuitas deliciarum.	195
	Anima an existat ante corporis constructionem.	49
	Anima an propter peccatum commissum detrudatur in corpus.	49
	Anima corpus deferens aut cœlum aut infernū adibit.	(140)
	Anima uarijs modis accipitur.	38
	Animæ defuncti ubinam collocantur.	43.44
	Animæ pedes custodiendi.	63
	Animas nulla obliuio occupat.	11
	Animalia munda & inmundæ.	189
	Animalia quadrupedia concessa.	192.193
	Antigonus nauali prælio uictus.	197
	Aquaæ pro conuenticulis hominum.	138
	Argentum in scripturis.	93
	Arx Hierosolyma.	184
	Auari miserid.	73
	Auaritiæ morbus.	50
	Auari taxantur.	77
	Auaritiæ studens à deo non cogitur.	77
	Audiendi cupidus quis.	208
	Aues ad esum aptæ.	191
	Aues immundæ quare prohibitæ.	193
	Auster quid in scripturis significet.	140
	Benignitas uera.	203
	Boreas mystice.	140
	Cachinni stultum produnt.	89
	Carnis	

# INDEX

<i>Carnis malignitas.</i>	146	<i>Charisma spirituale.</i>	57
<i>Christus uerus ecclesiastes.</i>			3
<i>Cibus quare sit datus.</i>			30
<i>Cœlibatus molestia caret.</i>			53
<i>Cognitio duplex.</i>		104. & 105	
<i>Cognitionis commodum.</i>			208
<i>Coniugium non esse damnandum.</i>			53
<i>Confidere bene quid sit.</i>			211
<i>Consultores quales eligendi.</i>			213
<i>Coniuia nostra dei memoriam habeant.</i>			194
<i>Coniuia quomodo transfigenda.</i>			217
<i>Coniuia uitanda.</i>	87	<i>Cor.</i>	127
<i>Dauidis interpretatio.</i>			3
<i>Deceptores quomodo effugias.</i>			210
<i>Demetrij rogatio ad regem.</i>			170
<i>Demetrius Phalereus bibliothecæ præpositus.</i>			165
<i>Dies uanitatis.</i>			96
<i>Divitiae in pauperum usus dispensentur.</i>			27
<i>Divitiae quomodo conseruentur.</i>			202
<i>Divitiae ueræ.</i>	76	<i>Divitium curæ.</i>	26
<i>Dolosi quomodo noscendi.</i>			209
<i>Duces qui eligendi.</i>			216
<i>Eleemosyna in cordis simplicitate conferenda.</i>			139.
<i>Fœtus abortiu deo relinquendi.</i>	79	(140)	
<i>Filiij hominum qui.</i>	12	<i>Fortitudinis finis.</i>	201
<i>Gloria amissa quomodo instauranda.</i>			207
<i>Gloriosus ut quis perduret.</i>			206

## INDEX

<i>Gratificandum quibus in primis.</i>	206
<i>Hecatæus Abderites.</i>	170
<i>Homo ciuitas.</i>	98
<i>Homo electione sua in tutia cadit.</i>	102
<i>Homo &amp; animal nihil differunt quantum ad corporis.</i>	(46)
<i>Homo ex tribus constat.</i>	56
<i>Homo parvus mundus.</i>	98
<i>Hominis pars in terra.</i>	76
<i>Honor &amp; gratia quibus rebus scruentur.</i>	214
<i>Honor quibus habendus.</i>	206
<i>Hospitalitatis remuneratio.</i>	211
<i>Humanorum casuum ratio nobis occulta.</i>	95
<i>In gloria quid potissimum.</i>	207
<i>Inglorius quomodo quis fiat.</i>	213
<i>Inimicos quis spernat.</i>	206
<i>Iniuriarum obliuiscamur.</i>	93
<i>In regno quid sit optimum.</i>	217
<i>In regno quid sit difficillimum.</i>	205
<i>In mundo nihil mali creatum est.</i>	14
<i>In sepulchra induci.</i>	108
<i>Insomnia.</i>	204
<i>Intrepidus quis sit.</i>	209
<i>In iactus in bellicis rebus qui.</i>	200
<i>Inuidcre nemini quomodo quis possit.</i>	205
<i>In uita optimum.</i>	200
<i>Iordanis inundatio.</i>	186
<i>Irada damnosa.</i>	87
<i>Urascendum</i>	

# I N D E X

insecundum peccatis.	87
brascentia quomodo refrenanda.	212
Iuda quid.	3
Iudeorum libri fabulis scatent.	159
Iudeorum mos in lauandis manibus.	220
Iudeorum supra centum millia in Aegypto fuerunt ca lumenta uitanda. 103. & 104 (ptiuorum. 167	
Iurans inter peccatores ponitur.	116
Iustus ne sis nimium, quomodo intelligendum.	96
Labor sapientis.	26
Lacus pro inferno.	154
Leges quis non contemnat.	208
Legis diuinæ libri poëtis ethnicis frequentes.	170
Lex constituta ut intra quinq; dies cōtrouersiæ finian-	
Lex monogamie. 129 (tur. 185	
Lex, ne quis supra 20. dies domo absit.	185
Uberum arbitrium adstruit.	76.77
Libero arbitrio detrahit.	122
Ligna quid in scripturis. 140. Loqui in corde. 15	
Luce locus ca. 11. Si oculus tuus lucidus, declaratur. 82	
Magistratibus qui præficiendi.	215
Manichæorum error de animabus.	46
Menedemus Eretricus philosophus.	201
Mensæ aureæ descriptio.	175. 176. 177
Monasteria olim schole erāt in quib. sacræ literæ pro-	
Mori non in tempore. 97 (sitebantur. 37	
Mosis cura in ijs que ad esum animaliū pertinent. 191	

# I N D E X

<i>Muris nulla utilitas.</i>	194, 195
<i>Musca impurum animal.</i>	126
<i>Muscæ Iudei comparantur.</i>	126
<i>Mustelæ immundities.</i>	195
<i>Mysteria diuina non temere profundenda.</i>	64
<i>Negligentia maxima.</i>	210
<i>Oblatio uictimarum.</i>	195
<i>Occasio quid.</i>	30
<i>Oleum duo præstat.</i>	119
<i>Opera diuturna que.</i>	212
<i>Orationis quis sit finis.</i>	213
<i>Pacificum animum in bellis habere.</i>	214
<i>Panis in scriptura.</i>	137
<i>Panis omne genus eleemosynæ.</i>	138
<i>Pane mystico &amp; uino ali.</i>	136
<i>Paradisus est in terra.</i>	44
<i>Parentibus quomodo dignæ gratiæ referantur.</i>	209
<i>Patriæ quomodo existamus cultores.</i>	210
<i>Peccati autor diabolus.</i>	110
<i>Peccatis mortui sine ratione uiuunt.</i>	117
<i>Peccatorum initij resistendum.</i>	128
<i>Peccatorum uaria genera.</i>	161. C 163
<i>Per otium quid sit agendum.</i>	216
<i>Philosophari quid.</i>	218
<i>Pietas dignior pulchritudine.</i>	206
<i>Pietatis robur.</i>	203
<i>Prudentia an doceri posse.</i>	208
<i>ptolemei</i>	

# I N D E X

Ptolemaei liberalitas erga LXX. interpretes.	222
Ptolemaei quæstio de stabilitate regni.	199
Ratio recti cui in promptu.	209
Ratiocinatio continua per quam utilis.	215
Regnum quid cōseruet.	214
Regnandi modus.	203
Rex filius liberorum patrum.	135
Rex priuatus an melior quam qui ex rege natus.	217
Rex nihil indignum agat.	204, 205
Rex quomodo multis in suo regno se accōmodet.	213
Rex quibus se credere debeat.	214
Rex quo neq; socordia neq; uoluptatibus distrahatur.	
Rex puer.	135
Regi quid maxime necessarium.	213
Regi quid potissimum in regno obseruandum.	203
Reges quid potissimum sequi debeant.	215
Regum studium assiduum.	216
Salomonis Ecclesiastes quomodo legendus.	2
Sapientem qui uere discernat.	102
Sapientiæ disciplina.	202
Sapientiæ fructus.	212
Sapientiæ umbra.	93
Scriptura agro fertili comparatur.	69
Scriptura diuina semper utilis.	8
Scripturæ occulta ne perscrutemur.	96
Scripturæ terra comparatur.	5
Seculum quid.	20, 40
Sepultura asini.	80
Sinus flutorum.	91

# INDEX

- Sophistarū stultitia adulteri mulieri comparatur. 100  
 Sophisticæ captiunculæ. 103 (C 101)  
 Sosibius Tarentinus regis Aegypti p̄fector. 166  
 Spiritus pro anima rationali. 17  
 Spiritus quid proprie. 56.57  
 Superbia qua via fugienda. 212  
 Templi Hierosolymitani descriptio. 180. C 181  
 Tempus quid. 30  
 Theodectus oculis priuatus, quod ex lege dei quedam  
     transstulit in suum poëma. 223  
 Theopompus secreta legis peruertes in morbiū incidunt.  
 Timor domini qui. 160 (221)  
 Tristandum quas ob res. 213  
 Tristitia carere in hac uita. 207  
 Valetudini quid confrat. 208  
 Venti symbolice. 6  
 Verbi doctores quare à doctrina retrahantur. 8. C 9  
 Veritas colenda. 202  
 Vestitus sacerdotalis Iudaicus. 182. C 183  
 Vinum & aqua quid designent. 137  
 Virtutem quidam non assequuntur. 215  
 Vxores plures antiqui patres duxere, quod lex Eu. 103  
     gelica prohibet. 91. C 92  
 Vxoribus ut accommodandum. 219  
 Vxoria opera quare uitanda ad tempus. 35

F I N I S.

OLYMPIODORI IN  
ECCLESIASTEN SALOMO-  
NIS ENARRATIO, ZENO-  
BIO ACCIAIOLO FLO-  
RENTINO INTER-  
PRETE.

PRAEFATIO.



ERVM certam cognitionem cum à Deo Salomon accepisset, qui fuit filius Dauid non solū carnis progenie, sed imitatione uirtutis, triplici ipsas diuisione partitus est, in morales scilicet, ac naturales, & eas que intellectu solo percipiuntur: ac morales quidem tradidit in Proverbijs: naturales autem in Ecclesiastē sententijs: intelligibiles uero in Canticō cantorum. Est tamen inuenire & in Ecclesiaste moralium interspersam doctrinam: & rerum naturalium in Proverbijs: cum tamen sue ac propriæ singulis discretæ sint. Canticum uero cantorum totum prorsus ubiq; de intellectualibus differit, spectatq; ad allegoricum sensum. Sed & in ipso Ecclesiaste ac in Proverbijs, est itē inuenire quæ intellectualia sunt. Se uero ipsum Ecclesiasten, hoc est, concionatorē Salomon nominavit, tanquam cunctos mortales in ecclesiæ cœtum uocans & in concordiam necens, ac in cōmuni physicam rerum

2 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
speculationē tradens. Illud quoq; sciendum est, sapientia  
tem hunc nostrum Ecclesiasten modo ē suā ipsius loquā  
persona, modo eius personā gerere, qui ea quae in mun-  
do sunt attonitus admiretur. Atq; hæc quidē ut in pres-  
uio quodam prospectu dicta à nobis sint. Primum  
uero caput hæc firmè complectitur. Ecclesiastē genus  
narrat & dignitatem, tum uero & ciuitatem ipsam, in  
qua regia illi constituta erat. Decernit autē atq; ostensa  
dit quæcunq; in hoc mundo sunt, uanitatem esse: non  
quod omnia damnet atq; accuset, uerum potius cōfūlia  
hominū reprehendat, qui in hoc mundo sp̄em suam col-  
locasse uidentur. Docet autem & de solis ipsius mortali  
primo quidem lectionis occursu, physice loquens, cum  
tamen ad theologicam allegoriam sua mens intentioq;  
pertineat. Idem inquit & de fluminibus quæ in mare  
prorumpunt neq; illud complent. Hinc uero etiam do-  
cet in rebus quas crearit deus, nihil esse recens ac nouū,  
sed eas cum tueri locū, quem ab opifice Deo semel for-  
titæ sunt. Neq; uero oculū expleri posse aspectu: neq;  
penitus scire homines prima præteriorum, neq; futu-  
rorum postrema, laboriosamq; occupationem filijs ho-  
minum decum dedisse. Agere autem homines quæcunq;  
agant nulla quidem necessitate, electione autē spiritus,  
hoc est propriæ libertatis. Quodq; peruersum est, do-  
nec in sua prauitate persistat, concinnari corrigi q; non  
posse. Ut autem sermoni suo fidem autoritatemq; cons-  
ciliat, ut pote qui omnia quæ in mundo sunt uana esse af-  
firmat,

## ENARRATIO.

firmat, docet se sapientem, & regem, diuitemq; fuisse,  
vitæ facilius in animos legentium irrepit, uanitatē cun-  
cta appellans. Docet etiam in multitudine sapientie,  
multitudinē esse cognitionis, meminitq; de mūdi huius  
letitia. Contenditq; si fieri posse, ui rationalis substanc-  
tie que nobis inest, saluam fieri carnem.

### CAPUT I



ERBA Ecclesiastæ filij Dauid  
regis Israël in Hierusalē: Va-  
nitas uanitatū, omnia uanitas.

Verba.] Cuncta scilicet hæc uerba  
sapientis Ecclesiastæ, erudientis nos aspernari uitæ hu-  
ius uanitatem, auditorem cōuertunt atq; hortantur ad  
uerbum fidei, quæ est in Christum deum nostrum.

Ecclesiastæ.] Tanquā in ecclesia dei, uerba sapien-  
tiæ custodiantur, Ecclesiastes se Salomon nominauit.

Filij Dauid.] Suum genus ac dignitatē refert Ec-  
clesiastes, ut ad personæ autoritatē animum conuerten-  
tes, promptiores reddamus ad doctrinā suscipiendam.

Quod autem spectat ad latentem sensum, ita intel-  
lige. Dauid, interpretatur manu fortis. Manu autē for-  
tis, est omnia continens Deus. Huius uero filius, domi-  
nus noster Iesus Christus, uerus est Ecclesiastes, qui ex  
omnibus gentibus populisq; duobus, unam sibi fecit ec-  
clesiam, quiq; regnat in uero Israël. Israël namq; inter-  
pretatur mens uidens deum, in uisione pacis regiam se-  
dem habēs, iuxta quod scriptū est: Et factus est in pace

Psal. 75

4 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
locus eius. Hierusalem siquidem prouisione pacis accipiatur. Ipse igitur manifeste nos docet uoluntatem hominum, quae circa mundana uersatur, uanitatē esse: quam & diffusius uanitatum uanitatem appellat.

Quid habet homo amplius in omni labore suo quo laborat sub sole?

Omnes quidem homines sub eodem sole uersamur: eorum uero qui laborant, alij quidē uires intendunt suas, ob ea quae solem supereminent, ut cœleste regnum in hereditatem accipient: alij uero ob ea laborant, quae sunt sub sole, ut inanem scilicet gloriā, uel pecunias, dignitatem acquirant. Quid igitur, inquit, homine homo amplius habet in eo labore quo laborat sub sole, quādo omnes relicta præsenti uita cōmunem mortē subimur?

Generatio præterit & generatio aduenit, terra autem in æternū stat.

Eorum que creata sunt, alia quidem durant absq; successione, cum præsenti seculo simul extenta, uelut cœlum, terra, astra, & sol: alia uero corruptior ac pereunt, sed generis successione seruantur, ut homines sunt, ut aves, ut pisces ac plantæ. Quid igitur homines laboratis circa terrena, quando ipsa terra sensu carent elementū in longinquum tempus perdurat, uos autem secundum generationem peritis? Aut ita intellige. Terra quidem in æternū stat, accusatrix uestri effecta, in qua nefaria opera perpetrastis. Mysticō autem sensu: Generatio autē præterit, Iudæorū scilicet electa & repulsa.

Orepulsa. Generatio uero aduenit, corum scilicet qui  
in Christū crediderūt. Sacra uero scriptura, terra nūcu  
patet: instar enim terrae immobilis est, fructus gignit,  
omnibus patet, ac omnes accipit, ueteriq; ac nouo testa-  
mento subnixa manet in seculum, immobiles habens et  
iustorum promissiones, & quæ peccatoribus reposita  
declarantur supplicia.

### Oritur sol & in locum suum aspirat.

Certum solis cursum, dispositumq; ostendit, ut nos  
ad illius contemplationē attollat, qui fabricatus est so-  
lem. Mouetur autē circulari motu, ut nonnulli arguunt  
ex uerbis Esdræ ita dicentis: Magna est terra, & excel- 3. Esd. 4.  
sum est cœlum, & uelox cursu est sol, & uertitur in cir-  
culo cœli, & in una die ad locū suum reuertitur. Quasi  
dicat: hic etiam sol quamlibet magnus, ad solem iustitiae  
cōparatus, uanitas est. Mystico autem sensu ita in-  
tellige. Oritur sol in cordibus fidelium, dirigens adhuc  
proficientes, ad ea quæ agenda sunt: sed & in ipsis occi-  
dit, quando altitudines sententiariū inquirunt, atque ita  
maius desiderium cognitionis illis accedit. Aliter.  
Oritur sol, unigenitum dei uerbum ē paterno sinu: occi-  
dit in nouissimis diebus, ad occasum uitæ huius, carne  
assumpta, suam quodammodo diuinitatem occultans.  
Ipsis quidem fidelibus, deus immutabiliter factus homo  
cognoscatur, ab infidelibus autem simplex ac merus  
esse homo putabatur. Oritur insuper ex deipara Maria  
secundū carnem: occidit autē ad inferni ima descendēs.

## 6 OLYMP. IN ECCLESIA ST.

Sed et rursus exoritur, à mortuis surgēs. Quibuscumq;  
autē modis hunc solem consideres, omnes fideles trahit  
Ioan. 12 ad regnū cælorū, uerissime testatus: Cum autem exala-  
tus fuero, omnia traham ad meipsum.

Ibi ipse oriens transit ad Notū, & fle-  
ctitur ad aquilonem.

Climata explicat quæ sol percurrit. Symbolice  
autem contemplando, poteris Notum intelligere qui à  
calida mundi regione spirat, pro insita hominibus ratio-  
nali prudētia, quæ nequaq; torpet, sed quasi ignea fer-  
uensq; est. Aquilonē uero pro fortitudine: est enim uen-  
tus hic acer & expeditus. Liben, pro temperātia, quæ  
infrigerat uoluptates corporis & exiccat. Apeloton  
uero seu subsolanū, pro ipsa iustitia, quæ per omnes cō-  
meat extēditurq; uirtutes. Omnes igitur animæ regiōes  
illustrās, interno splendore radiat sol iustitiae. Alter.  
Deus uerbū carne assumpta, uillas & ciuitates ad No-  
tum cōstitutas ipse suis pedibus circuiuit. Per apostolos  
autē, boreales plagas. E gentibus itaq; ecclesiā congre-  
gans, omnia demū collustrās, omnes ad salutē cōuertit.

Lustrans in circuitu pergit spiritus,  
& in círculos suos reuertitur.

Literali quidem sensu, spiritū uocat solem, propter  
motus uelocitatcm. Nōnulli tamen ē gentiliū opinione  
ita exponūt: Quoniam iij putant solem anima prædiū  
esse animal. Mysticō autem sensu, spiritus sanctus  
apostolis infusus, circuire illos terras omnes faciebat, et  
Euanges

## ENARRATIO.

7

Euangelium prædicare. Sed et eosdem apostolos induxit, ut conuerso itinere redeentes, eos inuiserent quos prius in doctrina fidei erudierant, ut in Actibus apostolorum planè inuenies.

**Omnis torrentes intrant mare, & mare non redundat.**

Mos est diuinæ scripturæ, ut omnes, pro plerisq; accepient, iuxta illud: Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Neq; enim iusti, neq; prophetæ declinauerūt. Estigitur admirari sapientiā creatoris, quonam pacto hoc fiat, ut plerisq; fluuijs mare intratibus, ipsum tamē in terminis suis cōsistat. Mystice autē, flumina sunt apostoli, iuxta qd' scriptū est: Et torrēte uoluptatis tuae potabis eos. Mare autē intelligitur præsens uita, iuxta illud: Hoc mare magnū & spaciosum. Euāgelici itaq; apostoliciq; sermones, in dulcorē mutat huius uite false dīnē, uerū mare hoc nequaq; impletur: neq; enī omnū fides est. Moraliter autē, quasi proposito exemplo, subiunxit eos homines, qui inexplebilis uaritati morbo laborat. Insatiabile nang; illorū desideriū nō expletur, quamq; more torrentū undiq; ad illos diuitiæ confluat.

**Ad locum unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant.**

Amos propheta inquit: Qui uocat aquas maris, et effundit eis sup faciē terræ. Videlicet hoc loco physicas adducere rationes, qd' uidelicet aqua maris à nubibus inde attracta, et in terrā effusa, faciat ipsos torrētes

## 8 OLYMP. IN ECCLESIAST.

Inquit igitur: E mari torrentes fluuij; exorti, rursus in illud reuertuntur. Mystico autem intellectu: Ad locum unde apostoli exierunt, illuc fecerūt ut fideles conuerterentur, ad deum uidelicet, ut in lumine domini postea ambularent. Aliter. Qui è virtute in uitium ac malitiam decidunt, torrentū ac fluidiorū more ex alto quodam loco in præceps, concavumq; ac terrestre deslabuntur. Possunt tamen & cum ad ipsum iam uitium peruenient resipiscere, ad pœnitentiam redeuntes, & per cōuersationem reuerti iterum in viam, quæ perducit ad paradisum, unde homo primus electus fuit.

Cunctæ rationes difficiles, non poterit homo eas explicare sermone.

Rationes quæ de certa rerū cognitione afferenda sunt, magnā difficultatem habēt, eo quod non possunt homines quantumuis magna pollentes ingenij u, rerū omnium absolutam consequi cognitionem. Aliter. Omnes rationes, tam quæ ad secularem, quam quæ ad diuinam sapientiā pertinent, non sine labore tradi possunt: seculares tamen ac mundane scientiae, plerūq; dissentibus detrimentū adducunt. Scientia uero dei ac diuinus sermo, semper est utilis: quem tamen non poterit homo pro dignitate explicare, licet alioquin prudēs sit, nisi qui accepit donum doctrinæ, sapientiæq; sermonem. Aliter. Semper ferè diuini uerbi doctores laborant, atq; in angustia sunt, ac plerūq; ab ipsa doctrina retrahuntur, cum frustra se uideant operam insumere, ac laborem

elaborem solum lucrari ob auditorum inobedientiam  
et desidiam. Prædicationis itaq; officium deterret eos,  
qui cū negligentia audiuntur. Aliter. Oportet prius  
scire, ac deinde alios docere. Labor est itaq; non uul-  
pis atq; exiguis, sed ualde periculosus, quicnq; alios  
ra docere, que prius ipse non fecerit. Quapropter ho-  
mo perfectus ac prudens, cum rei magnitudinē contem-  
platur, ab ipsa prædicatione resilit ac retrahitur.

Non saturabitur oculus uisu, neque  
auris auditu implebitur.

Verba hæc secundum physicam rationem ita ex-  
poni possunt, uidelicet: Neq; oculus uniuersam sensibi-  
lem creaturam, mundiq; machinam potest complecti,  
neq; cuiusquā mens omnes capere rationes atq; sermo-  
nes, qui de illa explicari possent: quia uidelicet deest  
homo, qui de ijs loquatur ac doceat. Aliter. Oculi  
hominiū cum ualde agiles sint, ac quodammodo lubrici,  
ad concupiscentiam pronisiunt, neque expleri possunt.  
Sed & qui pruritū aurium patiuntur, semper quidem  
res nouas discere gestiunt & affectant, nunquā tamen  
cirrāt ad ueritatis notitiam peruenire. Quapropter &  
diuini uerbi præcones non parum laborāt, ut aures ocu-  
losq; discentium modestos temperatosq; efficiant.  
Aliter. Audiendi sensus ac uidendi, principales regijq;  
sunt, ac cæterorū sensuū maxime rationales: proprias  
nang; operationes, humanae uitæ perutiles ac necessa-  
rias, sine ulla sauitate efficiunt. Gustus autem, odoratus

10 OLYMP. IN ECCLESIAST.

ac tactus, citius fatigantur, ac tædio afficiuntur.

Quid est quod fuit? Ipsum quod futurū est. Quid est quod factū est? ipsum quod faciendum est.

Creatarū rerum aliæ quidem unigenae sunt, id est semel creatæ, successionē non habituræ: ut sol, ut luna, ut quæ perpetuò durant. Aliæ uero per successionē conservantur, quæ uidelicet sunt sub sole: ut animalia ipsa ac plantæ, quæ generationi subiacent et corruptiōni. De huiusmodi ergo creaturis, quas successio seruat, habetur hic sermo: homo siquidem natus est olim, fuitq; ab initio, quo defuncto alius generatur. Item et plantæ fuit, planta enascitur.

Et nō est aliquid recēs sub sole, neq; qui dicat ac loquaſ, ecce hoc nouū est.

Iam præcesserunt in seculis quæ fuerunt ante nos. Seculum quandoq; ſpacium uitæ humanae significat, iu-

t. Cor. 8 xta illud: Non comedam carnem in seculum, id est, in

t. Reg. 27 tota uitæ meæ. Et alibi: Erit tibi seruus in seculū. Quod autem perpetuā temporariam durationem mundi huius ab initio creationis usq; ad finem. Dicit ergo nis bil esse nouum in successionibus hominū, animaliū, ac plantariū. Aliter etiam. Qui probi officiosijs fierint in hac uitæ, in futuro ſeculo coronātur, puniuntur autē ſcelesti. Quid est igitur quod fuit? ipsum quod futurū est. Quasi dicat, officioſe qui ſpiam uixit, præmia uitæ ſtis accipiet: ſceleſte aliud uixit, ſui flagity poenias dabit.

Q. 10

## ENARRATIO.

11

Quæ igitur in futura uita et seculo nobis adueniet, prævia illorū erunt quæ in hac uita seculoq; præcesserint.

Nō est primis memoria, sed nec eoru quidē q postremo futuri sunt erit recor datio, cū ijs qui futuri sunt in nouissimo.

Particularia singulorū hominum facta, quæ in tota uita gererūt, sunt quodāmodo infinita, ut eoru memoriæ nequaq; possimus. Sed neq; scimus ea quæ posteri deuenturi faciēt, hoc est, ignoramus quæ sigillatim cuncti homines ab initio mudi fecerint. Neq; enim cum illis in uita fuimus, sed neq; eoru qui post nos futuri sunt cognitionē habemus. Vniuersalia enim fortasse quodāmodo possumus, particularia uero cuncta scire nō possumus. Non est igitur primorū memoria, neq; in nouissimis futurorū. Aliter. Qui officiose uixerūt in hoc mundo, mox cœlestis regni præmiū consequuti, non habent in sensu memoriā laborum, quos in præsenti uita pertulerūt: sed neq; sensu animoq; percipiunt damnatorum poenam: non erit itaq; ipsis memoria cum illis, qui futuri sunt in nouissimis, hoc est eoru qui tūc puniētur. Non quod illa obliuio animas occupatura sit: sed quia ex præsenti uoluptate, dolorū memoria cessabit, iuxta quod scriptū est: In die bonorū, obliuio est malorū.

Ego Ecclesiastes fui rex Israël in Hierusalem.

Quia nos adhortatur sensibilia cuncta desplicere, facilius autē consilio illius creditur, qui ea contemnenda

**OLYMP. IN ECCLESIAST.**  
proponat, que ipse possederit ac expertus fuerit, ideo  
suam nobis exposuit dignitatē, ut cum attentione uera  
ba sua accipiamus.

Et dedi cor meum ad quaerendū &  
speculandum in sapientia de omnibus  
quae sunt sub sole.

Et cum dei munere sapientiam accepisset, totam  
meam mentem dedi in considerationē rerum quae sunt  
sub sole. Aduerte autē quod Ecclesiastes non contēplas-  
tūr inaccessibilia quae sunt super cœlū, sed quae sub sole  
sunt. Inquit igitur, non humana intelligentia speculatus  
sum, sed sapientia utens, quae mihi dono dei tradita fuit.

Quoniam laboriosam distentionem  
dedit deus filijs hominum, ut occupa-  
rentur in ea.

**Psal. 4** Filios hominum uocat, qui ad hæc terrena & uana  
hiant attoniti, iuxta illud quod in psalmo legitur: Filii  
hominū usque quo graui corde? Vidi igitur in sapientia  
quod laboriosam occupationē dedit deus filijs hominū:  
ad magnanimorum illorū utilitatem factum est, quod in  
comparandis diuitijs, & in acquirenda inani gloria, ac  
etiam in ijs quae uentri ac gulæ gratificātur, summopere  
laborandū sit. Si enim labores & angustias tantas subi-  
mus ac patimur, ut possemus quae uana sunt, quoniam  
flagitijs ac sceleris nō progrederemur, si hæc ipsa ocios-  
sis nobis ultro aduenirent? Utiliter igitur data est homi-  
nibus hæc difficilis distentio uel occupatio. Si autem &  
ipsa

## ENARRATIO

13

ipsa uirtus cum labore perficitur, & hoc item homini  
perutile est. Si enim quoquo te uertas & circa bonum  
& circa malum laborare oportet, cōsequitur uero mas-  
lum punitio, bonum autē fruitio uoluptasq; ineffabilis,  
sine illa comparatione praeoptandus est labor & occu-  
patio circa bonū. Pr̄esertim uero officiosus uir qui ue-  
re uacat uirtuti, circa multa occupari non debet, iuxta  
illud euangelij dictum: Martha Martha sollicita es, & Luc. 10  
turbaris erga plurima: paucis uero est opus, ac unū est  
necessariū. Quo loco intelligit de præceptis, aut de cha-  
ritate præcepta omnia cōtinente. Ut iliter itaq; data est  
hominibus laboriosa atq; difficilis occupatio.

Vidi quæ fiunt cuncta sub sole, & ec-  
ce omnia uanitas, & electio spiritus.

Quæcunq; inquit, faciunt homines, non quæ ope-  
rantur eorum honorū gratia quæ sunt super solem, at-  
que celestium, sed eorum gratia quæ sunt sub sole, cor-  
ruptioniblū ac terrestriū, omnia uidi quod uanitas sunt:  
preter enim hoc, quod elabuntur ac euanescent, etiam  
disponunt homines ad supplicia post præsentem uitam  
futurā, quandoquidem nulla coacti necessitate hæc fa-  
ciunt, sed prævia electione certoq; consilio. Spiritū ue-  
ro hoc loco animā intelligit rationalem, quæ liberi ar-  
bitrij potestate decorata est.

Quod deprauatū est, adornari non  
poterit: neq; quod deficit, poterit annu-  
merari,

## 14 OLYMP. IN ECCLESIA ST.

Sic ex persona Ecclesiastae uerba hæc accipis, ita in-  
tellige. Qui præue obliquatus est, & in uitium cecidit,  
dum in peruersitate sua perdurat, uirtutem resumere nō  
poterit. Sin autem à uitio recedat, tunc uirtutem resu-

**Psal. 36** mit, iuxta illud: Declina à malo, & fac bonū. Sed neq;  
is, cui deficit gratia dei, donec est in hoc defectu, penit-  
tentiamq; non subit, potest inter pios annumerari.  
Aliter. Fuerunt nōnulli qui dicebant, casu fortuito mun-  
dum factum esse, ac imperfectū existere: ad quos Salo-  
mon se cōuerit dicens: Quidnam deprehēditur in hoc  
mundo quod imperfectū sit atq; peruersum, uel ita ut  
emendari illud oporteat? Quid uero etiā deficit in uni-  
uerso mundo, ut addendū annumerandumq; sit? Quod  
si uerba hæc accipis ex illorū persona, qui perpendunt  
naturā hominū, & qui dicunt quosdam esse ita natura  
peruersos ut emendari non possint, in multis redargui-  
mus eorum stultam opinionem. Nullus enim natura est  
malus. Igitur & Matthæus de teloneo ad Euangeliū  
dignitatē uocatus est. Sed & plurima in hoc mun-  
do, que ignaris uidentur noxia & mala, ut serpentes,  
ut leones, & his similia, hominibus conducūt ad salut-  
ria pharmaca, & ut cōuertantur prudentioresq; fiant  
animalium illorū exemplo & comparatione, cum dici-

**Proverb. 6** sibi audiunt, Vade ad formicam o piger: necnon ut uer-  
recundia afficiantur, cum comparari illis se sentiūt, ut:

**Psal. 48** Comparatus est iumentis insipientibus. Nihil est itaq;  
in hoc mundo malum, sed omnia commoda & utilia.  
Vidit

## ENARRATIO.

75

Vidit enim deus, inquit scriptura, omnia quæcumq; fe- Gen. 1.  
cerat, & erant ualde bona. Ne igitur dicatis ô stulti,  
Quod prauum est concinnari non poterit, neque quod  
deest annumerari.

Locutus sum in corde meo dicens:  
ecce magnus effectus sum, & apposui  
sapientiā super omnes qui fuerunt ante  
me in Hierusalē, & cor meū uidit mul-  
tam sapientiā & cognitionē, parabolas  
& scientiā. Cognoui ego quod & hoc  
electio spiritus, quoniam in multitudine  
sapientiæ multitudo cognitionis: & qui  
addit cognitionem, addit dolorem.

Loqui aliquis dicitur in corde suo, cum mentem ad  
cogitādum applicans secum disputat & ratiocinatur.  
Collegi itaq; inquit, & subducta ratione apposuisse me  
uidi sapientiam, super omnes qui me p̄æcesserūt natu.  
Apposui autē significat profectu magno auctam in co-  
fuisse sapientiā. Sapiētia uero, cognitio diuinarū huma-  
narumq; rerū & causarū quae ad easdem res pertinēt.  
Cognitio uero est speculatio de natura rerū: & qui hac  
quidem p̄ædicti sunt cognitione, se seipso erudiūt, atq;  
ab ignorance uindicāt. Qui uero sermones sapientia  
discunt, alios quoq; homines ueritatē subinde edocent.  
Sapientiā uero & cognitionē, non iam uanitatē esse dī-  
xit, sed spiritus electionē, monēs nos ne quaq; fati benefi-  
cio nasci, aut fieri homines sapientes, sed sapientiæ des-

## 16 OLYMP. IN ECCLESIAST.

derio ac labore, petitamq; à domino deo sapientia con-  
sequētes. Quod si quis adhuc scientiæ plus habere desi-  
derat, addat, inquit, & studiosos labores. Aut etiam  
sic intellige. Qui adeptus scientiam cognitionemq; des-  
linquit, longe amplius puniendus est: ideo qui addit co-  
gnitionē addit & dolorē. Cum autem sapientia sit am-  
plior quam ipsa cognitio sive scientia, merito inquit in  
multitudine sapientiae contineri multam cognitionem.

## CAPVT II



IXI in corde meo: Age iam  
periculū faciam in lætitia &  
in bonis, & ecce hoc quoq;  
uanitas. Risui dixi circuitū,  
& dixi lætitiae, quid ita hoc facis?

Mundana, inquit, gaudia mecum reputās, inspec-  
num quid haberēt boni: & uidi demum quod lætari uel  
ob affluentiam diuitiarū, uel propter gloriam, aut alia  
quid eorum quæ in mundo sunt, mera est uanitas. Dixi  
autem huiusmodi lætitiae, (risum enim hic lætitia intel-  
ligit) dixiq; huiusmodi gaudio: Circuuiagare à me lon-  
gius & absiste. Quid ita hoc facis? hoc est, quid me alli-  
cis ut huiusmodi rebus gaudeas? Etenim uanitas mera est,  
ac nihil penitus aliud, istis de rebus lætitia & uoluptas.

Et considerauī si cor meum traheret  
ut uinum carnem meam.

Poculum quod bibentes haurimus, à conspectu nos-  
tro

pro tollitur et euaneat. Considerauit itaque; num in prosperitatibus mundanis uoluptatibusque; humana mens esse possit ita uirilis ac fortis, ut absumere ac delere ualeat quasi epotum uinum concupiscentias carnis.

Et cor meum præcessit in sapientia,  
& pollens in lætitia, donec uiderem quae  
le bonū filijs hominū, quod facient sub  
sole in numero dierum uitæ ipsorum.

Ecclesiastes noster cum à deo sapientiam accepisset,  
uimq; prudentiae sicut arenam maris, acutissima mentis  
acie præditus, poterat quidem diuinos tractare sermo-  
nes, ac magna loqui mysteria, quod ipsum sanè cernitur  
pulchre efficere. Poterat autem et ingenij acumine, ad  
quæcumq; libuisse cōmode uti. Sicut enim aliquis acu-  
to præditus uisu, eadem oculoruī modo ad honesta et  
necessaria utitur, modo et lasciuē abutitur, nulla quidē  
oculoruī culpa et causa, sed affectu et intentione pec-  
ante: ita et is, cui deus mentem sapientia exornauit,  
si quidem ut decet dono dei utatur, res diuinās cōmode  
contēplatur: si uero ad terrena deprimatur, clangue-  
scit ac degenerat in dei dono, optime tamen ac perspi-  
caciissime terrena quoque; percipit, ac intellectu cōsequi-  
tur: neque; uero mentis acies, sed animi intentio, prout uel  
bene uel male dei dono utatur, digna laude uel uitupe-  
ratione censemur. Dedi igitur, inquit, cor meum hoc est  
mentem meam, et reputavi quale nam bonum esset in  
hominibus, et quid nam operari possunt, dum in hoc

mundo sunt, ex quo perpetuam in hac uita lœtiiam uoluptatemq; consequatur. Qualia itaq; sunt humana facinora contéplatus, & rationali quadam sapiëtia usus, dedit seipsum ad ea peragenda quæ subinde enumerat.

Magnificaui opus meum, ædificaui mihi domos, plantaui mihi uineas, feci mihi hortos & paradisos, & plantauit in eis lignum omne fructus. Feci mihi piscinas aquarū ut rigarem ab eis syluam producentem ligna.

Magnificaui, inquit, factum meum, non opus dei, sed meum ipsius: operibus enim dei nullus quicquā potest adiucere. Aedificaui mihi domos. In hebreico suo sermone cōmodā dictiōnē nactus, proprie ac perspicuit locutus est, Domificaui mihi domum. Plantaui mihi uineas. Regia potestate usus, diuiniturumq; copia, circa omne possessionū genus effusus est. Feci mihi hortos & pomaria. Hortus est oleribus constitutus, pomariū uero uarijs plantis atq; arboribus: ideoq; additur: Et plantauit in ipsis lignum fructiferum. Feci mihi piscinas aquarū, ut ex ipsis irrigarem syluam germinantem ligna. Splendide ac sumptuose pomaria concinnauit, procerasq; arbores, quæ sponte quodāmodo sua in montibus enascuntur, ut palma, salices, quercus, ac piceas in pomarijs suis conseuit: ideoq; meminit sylue studio comparatæ, in qua irriganda magna aquarū copia opus erat.

Possedit

Possedi seruos & ancillas, & uenit  
nati sunt mihi.

Cū enī uernæ minus sufficeret in familiari ac dome  
stico ministerio, uenalitios quoq; sibi seruos cōparauit.

Possedi quoq; armenta & greges su  
per omnes qui fuerunt ante me in Hier  
usalem.

Superauit, inquit, omnes ante me reges, in armentis  
& gregibus, uel in reliquis omnibus quæ superius enu  
merauit: potest enim ad illa quoq; accōmodari.

Congregaui mihi aurū & argentiū.

Quia multi stabilem quidem possessionem habere  
solent, repositis tamen carēt pecunijs, addit et harum  
quoq; sibi fuisse copiam.

Et regum substantiam, & regionū.

Sed et reges, inquit, habui stipendiarios, ac tributa  
mihi soluentes: et fructiferas regiones, hoc est agros:  
regiones enim in sacra scriptura, fertiles agri intelligun  
tur, iuxta quod in Euangelio legitur: Leuate oculos ue  
stros et uidete regiones, quoniam albæ sunt ad messem.  
Et hinc quoq; inquit, magna habui rerum copiam.

Ioan. 4

Feci mihi cantores & cantatrices in  
delitijs filij hominis.

Sed neque posthabui, inquit, ac neglexi demulcere  
cantibus aures meas: delectantur enim huiusmodi can  
tibus, non filij quidem dei, sed filij hominum.

Propinatores & propinatrices.

20 OLYMP. IN ECCLESIAST.

Vel ut ex uario propinantis aspectu, ac alternata mutatione, appetitum sibi ad pocula prouocaret, uel tanquam ualde mollis existens, ac mulierosi hominis ingeniū exprimens.

Et magnificatus sum, & apposui super omnes qui fuerūt ante me in Hierusalem. Sapientia quoque stabilis mihi fuit.

Adeo, inquit, exaltatus sum, ut in nullo unquā consilio rationeque; aberrauerim.

Et omne quod appetiuerunt oculi mei, non abstuli illis, necque prohibui cor meum ab omni lætitia.

Inquit igitur, Omnem oculorum concupiscentiā animae appetitum circa uoluptatem (quam et Lætitiam uocat) ad executionem perduxī.

Quoniam cor meum lætatum est in omni labore meo.

Cunctis, inquit, studio ac electione susceptis laboribus, hanc cepi portionem ac sortem, quod illorū fructum consequitus sum, composque uotorū sum factus.

Et inspexi ego omnia opera mea quæ fecerāt manus meæ, & laborem quem laboraui ut facerem, & ecce omnia uanitas, & electio spiritus.

Hæc, inquit, omnia operatus, per actius factium facultates, inueni quod cuncta humana studia uanitas sunt,

Sunt, nihilq; amplius lucro apponitur illis, qui laborant circa omnia que uidetur sub sole, eo quod omnes aequem communem subeant mortem, diuites simul ac pauperes. At qui laborat ob ea que sunt super solem, supplantantes omnia que uidentur, habent aliquid amplius, iuxta Saluatoris sententiā dicentis: Ego ueni ut uitā habeāt, Ioan. 10  
 O abundātius habeāt. quasi dicit, ut careāt poenit, & fruatur promissa beatitudine. Notandum quoq; quod qui student circa ea que uana sunt, & sese uoluptatibus tradunt, excusare nō possunt carentis ratione fortune motum, neq; fati necessitatē: humane siquidē actiones proficiuntur ab electione, et ab insita nobis libera potestate.

Et inspexi ego ut uiderem sapientiā & circuitū & stultitiam. Quoniam quis est homo qui sequi possit consultationē quæcunq; hæc operata est?

Cum nobis spectandum proposuerit auari hominis personam, circaq; terrenas substantias occupati, nunc nos conuertit ad sapientiam: & comparatione proposita, periculum facit quid inter se differant sapientia & uoluptas, quam & errorem uocat, atq; circuitum: uel quod ad omnem uentum circuferantur bona ista terrena, que materiā suggestur letitię ac uoluptati, uel multa litera in α, non πθειφοραὶ legemus, sed πδα-  
 φοραὶ, hoc est, insaniam extasim mentisq; excessum. Insanire enim uidentur ac esse sui obliiti, qui in loco misericordie & lachrymariū, lætandum sibi esse falso existimāt.

## 22 OLYMP. IN ECCLESIAST.

Inquit igitur: Quæramus an posset homo, qui elegit sibi secundum hanc stultitiam uiuere, completere sua desideria: hoc enim significat, sequi posset consultationem. Mox autem inuenit homines per quam raro fieri desiderij sui compotes: capropter addidit, *Quis est homo?* quasi dicat, rarus est ualde. Neq; enim quicūq; dites esse appetit, penitus hoc consequitur: nec qui glorie cupidus est, uoti prorsus efficitur compos: & eadem ratione in cæteris se habet. Qui uero sapientiam adamas, deo duce feliciter ductus, sequitur penitus consultationē, hoc est, inueniet quod affectabat. Vellit. Attonitus erumpit in interrogationē: *Quis nam est, inquietus, homo, qui possit respicere ac conuerti à desiderijs suis, & inspicere motus electionis sue finemq; propositum, ut disjudicet iterum, sapienter uiuat an stultus?*

Aliter. Elcuatus, inquit, extra corpus & per sapientiam uidens, quod post exitum huius uitæ nemo potest redire in uitam, & iterum frui eisdem rebus, quas diu inueret certo cōsilio exercebat (quis enim, persæpe pro nullius accipitur) præposui sapientiam stultitiae.

Et uidi quod amplius esset sapientiæ supra stultitiam, sicut amplius est luci quam tenebris.

Tenebræ ipsæ per priuationē lucis sunt, ita ut lux quidem reuera existat, tenebrae uero nihil penitus sint. Ita, inquit, igitur est sapientia ad stultitiam: opera enim stultitiae transeunt, perpetuā punitionem conciliantia suis

suis cultoribus: opera uero sapientiae in perpetuum du-  
rant, eternaq; cultores suos laetitia afficiunt. Quod au-  
tem, inquit, amplius sapientiae super stultitiam, non est  
per comparationē dictum: quae enim sese mutuo tollunt  
ac destruunt, sicut sunt lux ipsa et tenebrae, inuicem non  
comparantur. Huius generis est sapientia & stultitia.  
Non est itaq; in genere malorum reponenda laetitia, sed  
ob affectionē eligentis. Addidit illud Amplius, hoc est,  
sine ulla comparatione multo melius facit qui sapien-  
tiam præponit stultitiæ.

Oculi sapientis in capite ipsius, stul-  
tus autem in tenebris ambulat.

Caput eminentia quædā est & suprema totius cor-  
poris pars, pedes uero infimi sunt, terramq; contingens.  
Quando itaq; presidens intellectus purgatus fue-  
rit, superna speculatur, non quae sunt super terram, ac  
tunc in capite oculos uere habet. Quando uero mens  
ad terrena conuertitur, tunc in pedibus habere oculos  
uidetur, circa limum terræ occupata. Aliter. Caput  
ecclesie Christus est, ad quem si sapiens, dum ambulat,  
oculos intendit, sicut & Christus perambulauit, oculos  
habet in capite. Stultus autem ambulat in tenebris, sem-  
per oculos declinans in terram, tenebricosoq; caligat  
intellectu.

Et cognoui etiam ego, quod occur-  
sus unus occurret omnibus ipsis. Et dixi  
ego in corde meo, sicut occurrit stulto,

24 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
occurret etiam mihi. Et ut quid sapiens  
factus sum?

Omnia secum meditans sapiens noster Ecclesiastes,  
quæ afferre aduersarij contra ipsum possent, è propria  
loquitur persona. Cum igitur inueniat multa & uaria,  
quæ communia omnibus sunt, quæ occursus appellat:  
qualia sunt ægrotare, beneualere, ditescere, pauperitatē  
pati, & præcipue cōmunem omnibus mortem: aduers:  
sarij subiēs personā, inquit. Si hæc cōmunia sunt stultis  
& sapiētibus, quæ utilitas demū erit suscepisse labores  
officiosos, & sapientē fieri? Mox autē hoc refutato ser:  
mone, ostēdit quale sit nobis à sapiētia lucrū. Ait ergo:

Tūc abundāter locutus sum in cor:  
de meo, Quoniā stultus ex abundantia  
loquitur: quia & hoc uanitas.

Adducta stulti illatione, tanquam ex illius persona  
eandē rūnc illationē per seipsum dissoluit. Inquit enim:  
Et ego abundantius locutus sum in corde meo, quod ua:  
na & superflua est talis cogitatio, & insanæ mentis est  
talia uerba effundere. Stultus enim furore effrenus que:  
temere cogitauit, per os effundit: quoniam stultus ex  
abundātia loquitur, hoc est, superfluenz in ipso stulta:  
ti cum dicit:

Quoniam non est memoria sapien:  
tis cum stulto in seculum.

Etsi enim, inquit, quæ uaria et differētia sunt in hac  
uita,

vita, stultis & que ac sapientibus cōmūnia sīnt, at in fū-  
turo tamen seculo sapiens erit in memoria æterna, &  
immortalem habet fruītionem: stulti uero memoria de-  
lētūr, iuxta quod est in psalmo: Perīt memoria illorū **Psal. 9**  
cum sonitu, hoc est, nō sunt existimādi memoria digni.

Secundum quod adueniētibus die-  
bus omnia obliuīoni tradita sūnt.

Inuenturo, inquit, seculo, quæcunq; nobis in hac ui-  
ta occurserint, siue infirmitas, siue proffera ualetudo,  
siue diuitiae, siue etiam paupertas, in obliuīonem ibunt.  
Tum uero concludens solutionem inquit:

Et quomodo moritur sapiens sicut  
& stultus?

Quomodo, inquit, dicetis ô stulti quod propter cō-  
munem omnibus mortem, nihil sapiens stulto plus ha-  
beat: quandoquidem sapientis memoria perpetua sit  
apud deum, stulti uero nequaq;. Si enim quæ in hac uita  
occurruunt omnia sunt cōmūnia, tamen in futura uita,  
unumquenq; opera sua sequentur.

Et odio habui uitam, quoniam malum  
aduersum me facinus, quod factum est  
sub sole: quoniam omnia uanitas & ele-  
ctio spiritus.

Propterea, inquit sapiens, odio habui laboriosam  
uitam, & quem laboravi labore meum, ob ea quæ sunt  
sub sole: malum enim facinus, laboriosam uitam pecca-  
torum hominū intelligit. Hic autem sapiens odit impu-

26 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
ram & pollutam uitam, & mensurā in perpetuū quies-  
rit. Et stulti subiens personā inquit: Quoniam malum  
aduersum me facinus quod factum est sub sole. Sapient  
enim non testatur se laborare ob ea quae sunt sub sole.  
Quanq; enim ppter necessarios uitae usus labore etiam  
sapiens, non tamen principalē operam consumit circa  
hęc mundana atq; præsentia, sed laborat quod satis est  
ad necessaria uitae sumnum uero suum studium virtutis  
impedit, transeuntia hęc & temporaria contemptu  
ducens, studens autem ea sibi cōparare quae sunt futura  
eterna, quęq; sunt ab oculis nostris procul remota.

Et odio habui omnē laborem meum  
quem labore sub sole, quoniam relin-  
quam ipsum homīni post me uenturo.  
Et quis scit sapiens ne sit futurus an stu-  
tus? & si dominabit̄ in om̄i labore meo  
quem laborauī, & in quo sollicitus fuī  
sub sole: & hoc etiam uanitas.

Prorsus sapiens noster laboriosam collectionē pecu-  
niarum & possessionū, & huic impensum labore, cum  
testatione odij, prudens inquit dictum. Primū quidem  
quod huiusmodi rerum possessio perpetuò nō durat as-  
pud habentem, sed ipse quidem uitam egreditur, nihil  
secum portans: alter uero possidenda accipit, que ipse  
labore multo comparauit. Alterum etiam memorabile  
uerbum inquit, quod uidelicet ignorat diues quali suc-  
cessor suus futurus sit uita, intemperate ne ac luxuriose  
uicturius,

uictorius, an prudenter ac sobriè diuitias expensurus.  
Terulum notatu dignū est, quod licet demus temperatū  
ac prudentē successorem futurū, ignoramus tamen per  
petuo ne sit futurus relictæ hæreditatis possessor, cum  
pecuniae ad alios atq; alios continuè deuoluātur, multis  
varijsq; casibus cōmutatae. Inquit igitur: Licet conceda  
mus prudentiē fore hæredem, qui parcè relictis utatur,  
hoc ipsum quoq; est uanitas. Quare autē hoc dicat, con-  
templandū nobis relinquit, quoniam uidelicet melius est  
nosipso dum sumus in uita, dispensare diuitias nostras  
in pauperū ac egenorū necessitates, ut ita thesaurū ha-  
beamus inefficientē in coelis, quam alijs in hæreditatē  
transmittere, qualescunq; demum illos fore contingat.

Et conuersus sum ut renunciarem  
cordi meo in omni labore meo quem  
laborauit sub sole.

Detestans Ecclesiastes que superius dicta sunt, con-  
uerteretur ad euangelicā uitam, quasi & ipse cum Petro  
apostolo Saluatori dicat: Ecce omnia reliquimus, et se-  
sui sumus te. Subinde autē prædictā indignationis cau-  
san resumit, quā contra temporaria concepit. Ait ergo:

Matth. 19

Quoniam est homo, quoniam labor  
ipsius in sapientia & scientia & in forti-  
tudine, & homo ei qui non laborauit in  
ipso dabit partem ipsius, & hoc etiā est  
uanitas, & magnum malum.

Quae enim, inquit, utilitas homini in humana sa-

pientia & prudentia & fortitudine laboranti, & ma-  
ligne se gerenti, hoc est, suarū rerum partem alijs non  
ponēti, sed semper amplius suis bonis addenti? quando-  
quidem alijs qui nihil in ea substantia laborari, omnes  
suas diuitias accipit. Est autē & ita intelligere. Con-  
uersus ego sum, ut renunciarem cordi meo in omni la-  
bore meo quē laboravi sub sole, cogitās quod alijs qua-  
dem diuitias meas accipiet, ego uero curas laborem;  
subiero. Interposita uero illa uerba uidelicet, Quoniam  
est homo, quoniam labor ipsius in sapientia & scientia  
& fortitudine: hoc significant. Contempsi, inquit, labo-  
rare circa res uanas, rationibus colligens, quod est alter  
labor dignus laude, qui stabiles congregat uirtutum di-  
uitias. Est autē huiusmodi labor quem laborat homo,  
ut acquirat sapientiā, scientiam, & fortitudinē. Hunc  
igitur laborem ego potiorem ducens, conuersus sum ut  
renunciarem cordi meo in omni labore quem laboravi  
sub sole, hoc est circa res uanas.

Quoniam fit homini in omni labore  
suo electio cordis sui, pro eo quod ipse  
laborat sub sole. Quoniam omnes dies  
eius in doloribus & in distentione ani-  
mi sui, neq; in nocte dormit cor suum:  
& hoc etiam uanitas est.

Aduenit, inquit, homini labor, quem laborat, siue  
bonus sit siue malus, ab electione consilij. Quod si ope-  
ram uirtutibus impendat, laudandus hic labor: si uero  
circa

circa uitium occupetur, omnes illius dies transeunt in plenitudine dolorum, iracundiæ, occupationis solicitæ, ac vigiliarū. Hæc enim omnia consequuntur eos, qui circa inane studiū uitæ huius uersantur, quare et hoc etiam vanitas est.

Et non est homini bonum nisi quod comedit & bibit, & ostendit animæ suæ bonum in labore suo. Et hoc etiam uidi ego quod est de manu dei. Quis enim ex seipso bibit & comedit?

Quæ media, inquit, sunt et indifferentia, nec mala per se, nec bona, ab ipso deo hominibus tribuuntur, quælia sunt diuitiae, bona uale tudo, autoritas. Sumpta igitur aduersarij persona inquit Ecclesiastes: Quod si haec dantur ab ipso deo hominibus, nihil ergo in hominibus inuenietur boni præter edendi bibendiq; uoluptatem. Tum uero soluens obiectionem, inquit:

Quod homini bono in conspectu suo dedit, scientiam, sapientiam, & lætitiam: peccatori autem dedit occupationem adendi & congregandi, ut tradat ei qui est bonus in conspectu dei. Quoniam & hoc uanitas est & electio spiritus.

Nolite, inquit, dicere ô insani, quod transitoria & corruptibilis hæc cibariorū uoluptas bona sit: homini enim bono deus scientiam & sapientiam dedit, ut in ihs

30 OLYMP. IN ECCLESIAST.

lætetur in conspectu dei, hoc est, custoditus & aspectus à diuina prouidētia. Homini autem peccatori negotiū dedit circa hæc sensibilitas, ut laborās & congregans affligatur. Quod si in hoc laborādi studio & cōgregandi persistat, & hoc sanè ipsum est uanitas & electio spiritus. Sciendum uero est, deum hanc dedisse homini peccanti & congreganti occupationē, non ut peccet quidē ac congreget, sed magis ut cōtemplatione ac tedium uanitatis mundanæ, in cognitionē ueniat laborioso se huic uitæ, desideretq; immortalem ac iucundā uitam, qua in futuro seculo sanctis in præmium danda est.

CAPVT III



MNIBVS est tēpus, & occasio  
est omni rei quæ sub sole est.  
Rerum aliæ quidem tēporarie sunt,  
aliæ uero æternæ: ac æternæ quidem ins  
uisibiles sunt, supraq; solem constitutæ. Hic autem est  
sermo de ijs quæ sunt sub sole ac tempori subiectuantur.  
(Quandoquidem & temporaliter esse cōperunt) suoq;  
tempore, hoc est oportuno fiunt. Et tempus quidē sp̄as  
cium illud significat, in quo fit aliquid: occasionē uero  
dicimus cōmodum tēpus ac oportunū aliquid faciendi.  
Poteſt itaq; tempus & occasio eſſe, ſed occasio tamen  
tempus non eſſe, ſed illa quam nanciscimur rebus pera  
gendis temporis oportunitas. Et cuncta quidem que ſe  
tit deus oportuno proueniūt tempore, ut aſtas, autum  
nus,

hyems, ac uero. Quae uero homines facimus, laudabiliia quidem sunt si fiant tempore oportuno: sin uero ante tempus fiant, aut præter tempus, iure damnantur. Oportuno quis tempore suæ cōmiseretur uxori, cum appetat filios procreare: præter tempus uero, cum uoluntatis & concupiscentiæ causa hoc facit. Qui æstate seminat, ante tempus seminat: qui etiā hyeme ad messem sese accingit, præter tempus hoc ipsum aggreditur. E disciplina autem horum uerborū docemur, omni in re defectus uitare atque excessus, eo quod res ferme omnes, hinc atq; hinc assistentes ac propinquas enormitates habeant. Nam qui deficit à medio fortitudinis statu, labitur in timiditatē: qui uero illum excesserit, audax efficitur. Potest itaq; & alia significatione accipi tempus, pro ipsa mediocritatis norma: occasio autem pro tempore oportuno. Nam qui & ad normam & suo tempore, actiones omnes suas moderetur, hac ueluti regula & amissi utens, facile in omnī virtute consummatus euadet.

### Tempus gignendi & tempus moriendi.

Sepe contrariarū rerum distincta sunt tēpora, contingit tamen quandoq; & eodem tempore utraq; fieri. Corporalis itaq; natuitas & generatio aliud habet tempus, & aliud corporalis interitus: spiritualis uero natuitas, per lauacrum regenerationis, unū & idem tempus habet cum morte. Nam qui renascuntur in diuino lau-

32 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
cro, consepulti sunt Christo in baptisme. Et cora  
poraliter quidem nasci ac mori in nostra potestate non  
est, sed arbitrio dei et generamur et morimur. Spiritus  
tualis uero natuitas et interitus pendet a nobis: opus  
enim est cum diuina operatione et gratia, nostra quoq;  
electione, ut moriamur quidem peccato, nascamur autem  
a iustitiae. Sapienter autem ac notanter Ecclesiastes  
a natuitate coepit, et morte et temporarie huius uita  
nos admonens. Propterea enim et Moses, ut auunt, pri  
mum quidem suum uolumen Genesin inscripsit, Exos  
tum uero secundum nominauit, ut in historia figurata  
nobis hanc temporariam uitam describeret.

### Tempus plantandi, & tempus euel lendi quod plantatum est.

Præter literæ sensibilem ac manifestum intellectu,  
mystice sic intellige. Sæpe quidem uno eodemq; tem  
pore plantat aliquis et euellit, uidelicet cum euellit zia  
zania, que seminavit malus homo: plantat autem sue  
serit legitima uerbi semina, amputans uitium, inserens  
uirtutem. Sæpe uero haec facit alio atque alio tempore,  
ut cum Paulus abscindit fornicarium a communione ec  
clesie, plantat uero eundem, poenitentia emendatu.

### Tempus occidendi, & tempus sanandi.

Occidendi quidem peccati, sanandi uero animam  
cuiq; suam, poenitentiæ medicina. Huiusmodi uero actio,  
suo semper et oportuno fit tempore, præsertim uero  
nunc dum sianus in presenti uita, et in testameto gratiae

Paulo

Paulo testante qui ait: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Corporalibus autem ita my=sticū sensum accōmodabis. Principi ac domino tempus est perdendi homicidam, curandi uero ac fouendi eum qui bene de se meritus fuerit, minusq; etiam ac clementius corrigendi eum qui leuius in se deliquerit.

2.Cor.6

### Tempus destruendi & tempus ædificandi.

Divina ædificatio diuiditur in practicam, theoriamq; uirtutē. Qui igitur officiose operatur & ex uir=ture, moralem domum practicanq; ædificat. Qui uero spiritualia & inuisibilia contemplatur, speculatiuā sibi construit domum: atq; is quidem utcunq; ædificat, domum nō manu factam semper sibi parat in cœlis. Qui penitentiam facit, demolitur ac destruit ante actæ uitæ peccati. Et bonum quidem nobis pulchrumq; est tolli procul à peccato, super ædificari autē superfundamen=tum apostolorum & prophetarum.

### Tempus est flendi & tempus ridendi.

Est tempus quoddam non secundum spacium tem=poris motusq; sumptū, sed à rebus ipsis. Nam qui non in profundo cordis, sed in superficie uultus fleuerit, au=dire poterit illud de se dici, quod dictū est olim de Hierusalem: voce sua serō lamētata est, & lachrymæ eius Thren.1 in maxillis eius. Qui uero decenter lachrymas fuderit, tactus dolore cordis intrinseco pœnientiā sicerit, exaudietur utiq; iuxta illud: Planctum planxit Hieru-

**34 OLYMP. IN ECCLESIAST.**  
salem, clamorem lachrymarum tuarum quando uidit,  
misertus est tui. Et est etiam in tempore spacium signifi-  
cante, lugere in hac uita ut in futura rideamus. Nam  
et ob peccata, ac ruinam discipuloru uel fratrum ope-  
portunè lugemus : de profectu uero illorum merito ria-  
demus et exultamus.

**Tempus plangēdi & tēpus saltandi.**

Plangunt se ac percutiunt, qui poenitentiae student:  
at uero saltant, qui præcincti sunt temperantia, excusa-  
tiq; prudentia, immoti fortitudine, perfecti iustitia. Sal-  
tauit itaq; David in cōspectu domini, sed non temere.  
Ideo et prophetæ facti uelut pueri in plateis ac foro uis-  
tæ huius, propter immunitatem malicie, infantilemq;  
**Matth. 11** simplicitatem dicebant Iudeis: Luximus uobis et non  
planxitis: hoc est, tristia uobis prædictimus, et pauci-  
tentiam non egistis. Apostoli quoq; ad eosdem dixerūt:

**Luc. 7** Tibia uobis cecinimus et non saltastis: hoc est, regnū  
cœlorum annunciauimus, instar tibiæ sonoram uocem  
fundentes, neq; tamen tripudium duxistis, neq; præla-  
titia doni huius saltastis. Hæc enim nos docet euange-  
lica Saluatoris parabola.

**Tempus faciendi lapides, & tempus  
colligendi.**

Qui mortaliter peccauit sine proposito emendatio-  
nis et poenitentiae, ejicitur e spirituali domo: qualis est  
lapis scabiosorum, de quo symbolice et figurate apud  
**Leuit. 14** Mosen scribitur. Qui uero ita peccat ut curari uelit,  
colligitur

colligitur per poenitentiam in edificatione apostolorum  
et prophetarum. Omnis itaque qui saxeo est corde, duci-  
tur foras, preciosi uero lapides colliguntur. Lege etiam caution  
erat lapidari adulteram. Et magister quidem la-  
pidibus cedit discipulos peccantes, hoc est, correctius  
sermonibus. Cum uero satis illos erudierit ac reprehen-  
derit, cessat a correctius sermonibus, colligitque quos ia-  
stasse ius uero fuerat lapides.

### Tempus amplectendi, & tempus lon- ge fieri ab amplexibus.

Uxtra literam, tempus amplexandi propriam uxori,  
quando tempus orationis non impedit, aliisque ho-  
nesta necessitas. Tempus est inquam, licetque id nobis fa-  
cere, uel propter filios procreandos, uel ut consulamus  
fragilitati atque incontinentiæ nostræ, ne uidelicet libidine  
succensos, callidus hostis nos ad adulterium puocet. Tem-  
pus uero absistendi a complexibus, uel propter orationes  
deo fundendas, uel ut grauidæ uxori parcamus. Aliter,  
tempus amplectendi erat in principio creati orbis, ut mul-  
tiplicantes impleremus terram: nunc uero tempus absi-  
stendi a complexibus, quādoquidē extrema hora diei nos  
occupauit, & ad finē seculorum mundus festinat. Spiritu  
qualiter uero ac mystice ita intellige. Honora sapientiam  
ut te amplectatur, atque hic quidē complexus semper est op-  
portunus. Cū uero in sacris scripturis, lex ipsa per leuam  
manū significetur, per dextram uero euangelica doctrina,  
ipsaque mens nomine capituli innuat, totius uero corpo-

ris appellatione intelligatur ecclesia: meritò canit spon  
**Cant. 2** sa in Catico canticorū: Leua eius sub capite meo, &  
 dextera ipsius amplexabitur me. hoc est, ipsa quidem  
 lex ad sapientiorū quorundam tantummodo peruenit ins  
 tellectū, ipsumq; perficit: euangelica uero doctrina dis  
 uino quodam complexu totam ecclesiam cōprehendit.  
 Ab hoc quidem complexu, nullum unquam tempus est  
 absistendi. Cum tamen arca iam fabricata esset, ac ter  
 ris diluuiia immineret, tempus erat abesse procul à com  
 plexibus matrimonij: ideoq; hinc masculi, inde uero se  
 minæ seorsum disiunctæ intrarunt in arcam. Postquam  
 uero aquæ diluuij iam resederant, Noë cum uxore sua  
 exiūsse arcā narratur: tēpus enim tunc erat coniugalis  
 amplexus. Semper autē tempus est elongari à uitio &  
 peccato, agglutinari autē deo, illiq; ppetuò adhaerere.

### Tempus querendi & tempus pere dendi.

Si literalem sonum ordinemq; inspicias, uidetur hec  
 sentētia ordine præpostero esse accipiēda. Nemo enim  
 querit, nisi quod prius perdidit. Mystico tamen sen  
 su nihil immutando lectionem, ita intelliges. Qui est in  
 ignorātia constitutus, tempus tunc habet querendi ue  
 ritatem: qua inuenta tempus aliud sibi aduenit, ut igno  
 rantiæ perdat tenebras & relinquat. Aliter. Que  
 rit aliquis animam suam, que perire: ea uero inuenta ab  
 errore resipiscens, debet quantū ad priorem spectat ini  
 quitatē, perire prorsus ac mori. Ingruente uero marty  
 rio

*Non tempus est perdendi animā, ut ipsam inueniamus.*

### Tempus custodiēdi & tempus abiēciendi.

Qui pecuniarū dispensator est, nouit quo tempore pecunias uel apud se custodiāt, uel expendat. Mystice autem, tempus est custodiēdi sacram doctrinām, nem̄ illam temere quibuscunq; nullo delectu habitō profundamus. Tempus uero effundendi, cum dociles fuerint, ac bene dispositi auditores. Oportet enim, inquit, abiēcere argentiū meūn trapezitis, non autem sancta dare canibis, neque suibus margaritas. Aliter. Tempus est seruandi euangelica præcepta: idem quoq; tempus est abiēciendi legales umbras.

### Tempus scindendi & tempus consuendi.

Qui ecclesiae hostes aduersariosq; conciliat, et ad unitatem catholicæ fidei perducit, ille procul dubio consuere dicitur: qui uero fornicantē cum uxore patris sui ab ecclesia eijcit, opportune hic scindit. Aliter. Qui coram domino per contritionem ac poenitentiam cor suum discindit, seipsum assuit in ecclesia primogenitorum fidclium.

### Tempus tacendi & tempus loquendi.

Qui in silentio et sub monasterij disciplina doctrinam sacram fuerit perdoctus, cum autoritatem consequitus fuerit loquendi ac prædicandi, tunc dominus illi præbet opportuno tempore lingua eruditio[n]is, ut cos

38 OLYMP. IN ECCLESIA ST.

gnoscat quando uerbum proponi oporteat: atq; ita fit,  
ut tempore suo tunc loquatur. Audituro enim populo

**Exod. 14** dicitur in ueteri lege: Audi Israël & tace. Senior auie  
**Eccles. 32** prudens ita ad loquendum excitatur: Loquere senex,  
tibi enim hoc conuenit.

Tempus amandi, & tempus odio pro-  
sequendi.

Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, magna cū di-  
lectione saluatoris pedes osculata, hoc est, semitas pietas  
ac ueræ fidei ingressa, magno se prorsus odio ab ini-  
quitate auertit, ut iam utriusq; rei atq; effectus unū tem-  
pus idemq; fuerit. Aliter. Semper quidem anima in

**Cant. 1** amore uersari debet, atq; in odio, ut amet quidem secun-  
dum opera sponsum suū, ac dicat: Osculetur me ab osci-  
lis oris sui. oderit autem inimicū hominem, hoc est dia-  
bolum, qui zizania seminat.

Tempus belli, & tempus pacis.

Qui bellum gerit cōtra spiritales nequitiās, pacem  
cum deo habet. Et in hac quidē uita tempus est aſidue  
pugnandi contra principatus & potestates. Qui uero  
palmam consequetur, deinde in futuro seculo lētabitur  
in delitijs, & in multitudine pacis.

Quid habet amplius homo in ijs quæ  
laborat?

Postquā ea persecutus est quæ ad actionū tempora  
occasionsēq; pertinet, iterum reddit ad personā hominis  
contemplandā, docetq; laborantem circa res humanas  
mīhi

nihil deniq; plus cæteris habiturū: quandoquidē & aduersa & prospéra omnibus fermè cōmunia sint, præcipue uero mortalis uitæ interitus. Solus itaq; sapiens qui hæc cognoscit, amplius nō nihil cæteris hominibus a sequutus fuerit.

Vidi igitur occupationē quam dedit deus filijs hominū, ut occupetur in ea, omnia quæ fecit bona sunt in tempore suo.

Iam superius dictū est quod filijs quidē hominū, hoc est, secundū p̄fessionē carnis uiuentibus, sapiētibus uero nequaq; deus occupationes ac difficultates dedit: ut dum occupantur circa ea quæ media quadā ratione indifferenter se habēt, tam ad malum quam ad bonū, penitus ad alterā partem, hoc est, ad iniquitatis uiam non delabuntur. Omnia igitur media & indifferētia bona sunt, modo suo tempore exerceātur, & ad necessarios usus: sicuti est agrū colere, opibus cōparandis studere, bibere & comedere: atq; ut semel dicatur, operandi bonū tempus est semper, sicut cōtra, semper tēpus à flagitijs abstinendi. Aliter. Tempus hic appellat usum ipsarū rerum, hoc est cum quis rebus uititur quantū naturæ leges iuraq; permittunt. Ait itaq; Ecclesiastes: Contēplatus ego hominū mores, quo pacto uidelicet occupentur & cōuertantur ab ijs quæ natura permittit, ad ea quæ sunt præter naturā. Hæc, inquit, prudenter considerans, uidi quod natura quidem nihil est malum, sed omnia quæ secundum naturā mouentur ac fiunt, per se bona sunt.

## 40 OLYMP. IN ECCLESIAST.

Oculi enim boni sunt, qui sine prava intentione aliquid intuentur. Sed cum occupantur & conuertuntur à simplici operatione naturæ ad curiosa spectacula, non iam amplius boni sunt. Omnia igitur bona in tempore suo, hoc est, si secundū simplicem naturæ operationem, & iuxta quod decet usurpentur & fiant.

Et seculum tradidit deus in cordibus eorū, ut nō inueniat homo opus quod fecit deus ab initio usque in finem.

Permitit, inquit, deus sollicitos esse & occupari sapientes mundi huius, ne si assidue tranquillo animo attendissent ad fabricam & structurā mundi huius, perspecta & cognita illius pulchritudine, uisibilia hæc deus esse, uel deos arbitrarētur. In multiplici tamen occupatione non reliquit illos sua prouidētia destitutos, sed humane naturæ cōmunem mortis cogitationē adiunxit, ut scientes quod hic perpetuò futuri non sumus, eternitatem curam habeamus. Aliter. Seculum significat temporale spaciū, complectiturq; omnia que in ipso fuerit. Inquit ergo : Deus filijs hominū seculi presentis dedit cognitionē, uidelicet quod tempore initium habuit coelū & terrā, ex qua cunctis conspicimus, & quod hæc ipsa tempore immutantur. Eorum uero que ante initium temporis fuerint, queq; post hoc seculū futura sunt, certam et manifestā scientiā non habemus, ideoq; Eccles. 3 nobis dicitur ab alia scriptura : Altiora te ne quæsieris, & profundiora te ne scrutator.

Et cognoui

## ENARRATIO.

41

Et cognoui quod non est bonū in ip-  
sis, nisi lætari & facere bonū in uita sua.

Sapiens cognoscit quod natura bonum est. Natura  
autē bonus solus est deus, qui omnia protulit ex sua in-  
genua bonitate. Qui tamen quantū in se est, quantūq;  
sua facultas patitur, bonū operatur erga deum & pro-  
ximum charitate seruata, hic ineffabili & uera lætatur  
letitia. Cognoui igitur, inquit, quod nihil est boni in ui-  
tanisi hoc ipsum bonum operari, & in bona operatio-  
ne lætari.

Et omnis homo qui comedit & bi-  
bit, & uidet bonū in omni labore suo,  
hoc donum dei est.

Sapiens quidem nouit quod uere bonum est: omnis  
autē homo, hoc est, uulgaris, & in multitudine media  
sumptus, qui aberrat à cognitione ueri boni, cum uolu-  
ptate sola bonum diffiniat & metiatur, comedere ac bi-  
bere bonū esse existimat. Et sanè manifestum, quod sen-  
sibilium rerum copia, dei munere hominibus data est:  
non tamen ut concessis rebus abutamur, sed ut eas com-  
municemus in proximos liberales, deo gratias de acce-  
ptis muneribus exhibentes. Cōmisiuit autem hoc loco  
personas Ecclesiastes, eius scilicet qui uere sapiēs, quod  
proprie bonū est cognoscit, & eius qui errore malo du-  
ctus, fallitur circa ipsius boni cognitionem.

Cognoui quod omnia quæcunq; fe-  
cit deus, ipsa erunt in seculū: ad ea non

42 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
est addere, & ab ipsis auferre non est,  
ut timeant faciem eius.

Rerum aliæ quidē uisui sunt obnoxiae, aliæ uero uis  
deri non possunt. Hic autē sermo habetur de uisibilibus  
rebus: & harū quidem aliæ semper eodē modo perdu  
rant, ut terra, cœlū, sol, luna: aliæ uero per successionē  
seruātur in specie, ut homines, plantæ, & similia. Nou  
igitur, inquit, quod nō est apponere ad ea, que in mun  
di constitutione deus creauit, cum eiusmodi compositione  
perfecta sit et indeficiēs. Sed neq; ab ea quicq; ut super  
uacancū est auferre. Qui uero ad speculationē mundi  
animum adiiciunt, rationesq; singularū rerum quantū  
in se est, consequūtur, timore dei occupantur, attonitiq;  
redduntur, autoris omniū sapientiā demirātes. In omni  
ītaq; hominū mente insitus est à natura dei timor, uel le  
gitima quedam ratio, quæ ab ordine ac pulchritudine  
uniuersi, hominū corda cōuertit ad creatoris sapientiā  
cōtemplandam. Sciendum uero est, hæc quæ uidemus,  
esse ueluti symbola quedam ac signa spiritualiū rerum.  
Quare si finem spectes ob quem facta sunt, omni prors  
sus carent defectu. Nam siue quid eorum principaliter  
deus produxit, siue quid in secundas causas referendum  
est, non est eis apponere quicquam nec demere. Omnia  
igitur bona & pulchra, perfecta omnia sunt, ac necess  
aria dei opera.

Quod est factum, iam est: & quæ fu  
tura sunt, iam fuerunt: & deus quaret  
cum

eum qui persecutionem patitur.

Si quid olim fuit, nunc etiam est. Homo fuit, homo  
 est: arbor fuit, arbor etiam est. Sed pari ratione fue-  
 rint, & quae futura sunt. Homines futuri sunt post nos,  
 iam priores illis fuerunt alij. Deus autem queret per-  
 secutione affectum, hoc est, innocuum, qui alij persecu-  
 tionem non inferat, & seruabit eum.

Et etiam uidi sub sole locum iudicij,  
 ibi impius: & locum iusti, & ibi pius. Dixi  
 ergo in corde meo: Simul iustum & im-  
 pium iudicabit deus, quoniam suum tem-  
 pus est omni operi.

Ab his sensibilibus ad spiritualia nos attollens, ait se-  
 prognostice ac puro mentis intuitu contemplatum esse  
 locum iudicij, qui repositus est impijs sub sole, quasi di-  
 cat, infernum. Sed & locum iusti se uidisse cōmemorat.  
 Addidit autem & ad locum iusti, particulam illam uide-  
 licet, sub sole. Quod si secundum literam simpliciter acci-  
 piatur, nulli dubium quin in paradyso, & in cœlis fue-  
 rint sint iusti. Sin autem ad utrumq; inferas illud, sub sole,  
 ad iustum uidelicet atq; ad impium, contemplatiū fuisse  
 intellige eos qui nūc ex hac uita deceidunt, qui nondum  
 ad regna peruererunt cœlorum. Digna sanè inquisitu-  
 res est, ubinam sub sole iusti uita functi collocentur.  
 Constat autem quod in paradyso, cum dixerit Christus  
 latroni, Hodie tecum eris in paradyso. Sciendumq; est

**44 OLYMP. IN ECCLESIAST.**  
quod literalis traditio paradisum docet esse in terra.  
Nonnulli uero dixerunt quod paradiſus etiam est in inferno, id est subterraneo loco: ad quam suam opinionem illud accommodant euangelicū, Diues Lazarū uidit, ipse tamen in inferiore loco demersus, cum Lazarus eminentiore esset in loco, ubi esset Abraham. Verum quod modocunq; haec se habeant, illud proculdubio constat, tum ex praesenti Ecclesiastae nostri loco, tu ex omni scriptura, futuros pios in prosperitate ac pace, iustos uero in supplicijs ac tormentis. Alijs autem placuit paradiſum esse in cœlis. Bonus autem ac ingenius Ecclesiastes, historiae sensum potius cōficitur. Tum uero secundum examinans ita infert:

**Dixi intra me ipsum: Nunquid cum  
impiο damnatur & iustus?**

Hæc sanè uerba disquisitionem ambiguum habent, non absolutam affirmationē. Semel enim docuit alium esse locum iusti, alium impij, sed postea nos admonet & in metum adducit, cum deus sit omnes homines iudicaturus, nostrasq; res omnes diligēti examine discussurus. Inquit ergo:

**Tēpus erit omni rei & omni operi.**

Hoc est, erit uniuersalis iudicij tempus. Mystico autem intellectu sic accipe. Vidi sub iustitiae sole dominum nostrum Iesum Christum, qui scilicet uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Vidi inquit locum impij à sinistris uidelicet constitutū, & iusti item uidi locum qui est

Qui est à dextris eius: et dixi in corde meo, quod deus omnes ad iudicium conuocabit, pro dignitate unicuique distribuens, illud tempus definiens ac decernēs, in quo nostra omnis actio et operatio districto examine perspendetur.

Ibi dixi ego in corde meo de sermone filiorum hominis, quod dijudicabit illos deus.

Simile est hoc illi quod in euangelijs legitur: Omne Matth. 12 verbum ociosum quod loquentur homines, reddent de cōrationem in die iudicij. Intellige autem cum hoc loco dicit sermonem, subintelligi et internum mentis uerbum, occultamque cogitationem: nam et de his quoque ratiō à nobis diligens exigetur.

Et ut ostenderet quod ipsi iumenta sunt, et ut ostenderet occursus filiorum hominis, et occursum iumenti: occurrit enim æque his. Ut mors huius, ita et huius mors. Et spiritus est in cunctis, et nihil plus habuit homo quam iumentū.

Propterea, inquit, uidi et considerauit rationes iudicij quod exerceatur sub deo, ut ostendam hominibus, hoc est, ut homines doccam nihil eos à iumentis differre secundū corporis rationē, uitamque illā, quae tota corpori uacat et indulget. Eundemque nanque aerem cum bruis animatibus homines respiramus, eundemque interitū subimus, et in his sanè rebus, homo iumento amplius

46 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
nihil habet. Iumentorū itaq; brutalis uita, quæ Veneri  
indulget, uanitas mera est. Monet autem nos per hec  
Ecclesiastes, ne corpori indulgeamus, sed animam quæ  
prædicta est ratione, virtutibus excolamus: hac enim sis  
miles angelis sumus, cum uis ipsa sentiendi, nobis cum  
iumentis brutisq; animalibus sit cōunis.

Omnia pergūt in unū locū. De terra  
facta sunt, & omnia in terrā reuertūtur.  
Et quis nouit spiritū filiorū hominis, &  
si ipse ascendat sursum, & si spiritus iu-  
menti descendat ipse deorsum in terrā?

Manichæi animas huc et illuc transferri afferentes,  
immortales quidē illas esse aiunt, sed omnia subire cora-  
pora tam hominū quam brutorum, reptilium quoq; ac  
plantarū. Nos Christiani, quos diuinæ scripturæ melio-  
ra crudius, iumenta accipimus pro ijs hominibus, qui  
non utentes munere rationis, comparātur iumentis insi-  
pientibus. Homines autē merito illos esse cognoscimus,  
qui distincti à bestiali ritu uiuendi, secundū rationem se  
moderantur. Quis igitur scit, num ij qui apud multos  
uidentur prudētores, in ipso iudicij tempore digni cen-  
sēbuntur regno cœlorū, an potius ad inferni barathrū  
demittentur? Quis item contrā illud scit, an qui carere  
quodāmodo ratione uidentur, occulto dei iudicio ad su-  
perna tollētū? Quod enim rationalis anima sit immor-  
talis, brutorū uero anima corpori īmoriatur, cuius pla-  
nē manifestū est, qui paulū modo rationis sit particeps.

Aduer-

Aliter. Multis in locis Ecclesiastes uoluptuarij hominis personā subiens, cōuenientes suscepē personae sermoneſ loquitur. quasi dicat, quis nouit quae futura sunt? Edamus & bibamus, cras enim moriemur. Explicans autem Apostolus qualia sint quae ad præsentem uitam pertinent, inquit: Si in hac uita in Christo tantū sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Vbiq; igitur Ecclesiastes per ænigmata nos erudiens, ad futuræ uitæ cogitationem transmittit.

Et uidi quod non est bonū, nisi cum lætabitur homo in operib⁹ suis. Quis enim adducet illum, ut uideat quæ post se futura sunt?

Si è persona uoluptuarij hominis intelligantur hæc verba, ita intellige. Vidi, inquit, ego uoluptati addictus quod nihil sit boni in uita, præterquā lætari in suis operib⁹ & uoluptatibus, & quod hæc portio est homini hereditasq; concessa. Quæ cum uerba uoluptuarius temere effuderit, doceſ subinde Ecclesiastes unde sit, quod huiusmodi cogitationes huic hominū generi innescantur, quia uidelicet nemo illis potest intellectum cæcum habētibus ostendere, quæ futura sint eis post illas, quibus nunc fruuntur, uoluptates, æterna scilicet tormenta suppliciaq; grauiſſima. Sin autē uerba eadem à persona sapientis dicta intelligantur, altior quidam ac nobilioř illis inerit sensus. Non est, inquit, homini bonum, excepta illa letitia ac felicitate, quæ illū excipiet

48 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
ex ijs operibus que fecerit in hac uita. Actio enim ex  
qua lœtitiam habere expectat, ipsa scilicet secundum  
uirtutem, hæc erit portio sua & fors. Eum namq; qui  
officiose non uixerit, non continget uita perfunctu re-  
dire huc amplius, ut per pœnitentiā emendet que per-  
peram gesit.

#### CAPVT IIII

**R**T cōuerti ego me, & uidi ca-  
lumnias quæ fiunt sub sole.  
Et ecce fletus, calumnias pa-  
tientiū, & non est qui eos con-  
soletur, necq; potestas quæ liberet eos à  
manu calumniantiū, & non est qui con-  
soletur eos.

Ad alia me, inquit, examinanda conuerti: & cons-  
templatus homines, uidi calumniatores iniustos, & qui  
calumniā patiebantur lugentes ex infirmitate, eo quod  
nullus pro illis contra calumniātes uindictæ potentiam  
exerceret, atq; ita eos consolaretur. Calumniatores au-  
tem sunt, aliq; quidē in pecunijs, aliq; uero in opinionibus  
sectarū, sicut hæretici contra fideles. Quin et ipse prin-  
ceps autorq; malorū diabolus, cum apostaticis potesta-  
tibus, assidue calūnias texunt, mendaciaq; moluntur.

Eclaudauit mortuos qui iam decesse-  
runt, magis quam eos qui uiuunt usq;  
nunc. Et felicior mihi utrisq; qui non-  
dum natus

dum natus est, nec uidit opus malum,  
quod patratur sub sole.

Mortuos uiuū putat beatiores. Quid ita? Nempe  
quia iusti iam laborum omnium desierunt, peccatores  
autem lassati sunt in peccatis: utiliter itaq; utrisq; mors  
comunis aduenit. Mystico autem sensu ita intellige:  
Qui peccato mortui sunt, uiuētes in Christo, longe me-  
liores sunt illis qui uiuunt in peccato. Tum sequitur: Et  
felix mihi super utrosq;, qui nondum natus est, neq; no-  
uit laboriosam hanc uitam, quā opus malum nominat.  
Ab ijs autem uerbis Ecclesiastae quidam adducti sunt,  
ut dicent animā præexistere ante corporis institutio-  
nem. Quomodo enim, inquit, uocari potest beatus ac  
felix, qui nihil scit? Quibus ita respondemus. Si quem=

admodum ipsi dicitis, anima in corpus hoc detruditur,  
ut tanquam in carcerem coniecta corripiatur & casti-  
getur, ob ea delicta quæ antequā subiret corpus admis-  
sit, quomodo tunc felix esse poterat, cum peccaret neq;  
argueretur? Quem enim diligit dominus arguit, & ca- Heb. 12  
stigat omnē filium quem suscipit. Si autem à deo diligi- Cyrillos in  
bonum est, si etiam bonum est corripi, descendit autem cap. 1. Ioan  
anima in corpus ut corripiatur, ergo bona erit corpo- nis  
rea. Hęc uita, & in corpore hoc felicior erit anima illis,  
que antequā subirent corpus peccabant, neq; dignæ  
habebantur correptione diuina. Facile est itaq; euerte-  
re illatam ab illis rationem. Neq; enim anima corporis  
constitutione prior existit: & Salomon feliciorem uo-

## 50 OLYMP. IN ECCLESIA ST.

cat utrisq; qui nondum natus fuerit, hoc est, qui in exis-  
tentiā nullam uenerit, nihilq; fuerit: ut sermo hic cum

**Math. 14** domini uerbis prorsus cōueniat: Bonum illi erat, si na-  
tus non fuisset homo ille. Hac autē absoluta quæstione,  
alia nos & quidem grauior quæstio suscipit. Si melius  
sit homini non natū ipsum esse quam natum, ob malam  
igitur contigerit homini natum esse. Erit ergo maiorū  
causa deus, qui hominē produxit in uitam. Quomodo  
itaq; uidit deus cuncta quæ fecit, & ecce erant ualde bo-  
nae? Cui quæstiōnē sic respondemus. Quod cū duas hoc  
loco personas attulerit Ecclesiastes, alteram quidem ca-  
lumniam infrentis, alteram uero patientis, non simpli-  
citer loquitur de calumnia patiente, sed lugentem illum  
inducit pro ijs quæ iniuste patitur. Verba igitur hic ex-  
pressa non prodeunt à persona sapientis, aut fidelis ho-  
minis, sed eius qui in hoc mundo pacem habere percu-  
piat. Philosophus enim neque si iniuste quid patiatur  
lachrymas fundit, quin lētatur potius & exultat, sicut

**Hebr. 10** & Apostolus scribit: Rāpinam bonorum uestrorum  
cum gaudio suscepistis. Cum itaq; Ecclesiastes duas hoc  
loco personas induixerit, ad philosophia normam nea-  
quaquam se moderantes, quarum altera est inferentis,  
altera uero calumniam patientis, ac præ dolore nimio  
& ignorantia rerum lachrymas effudentis, subiun-  
xit quod in comparatione horum duorum hominū ca-  
rentium philosophia, bonum sit in natura rerum non  
esse: quam sane sententiam facile posset experientia ac  
exempla

## ENARRATIO.

51

exemplo nobis ueram ostendere . Si quis enim interrogaret sanctos martyres, apostolos, aut prophetas, uel cunctos homines qui secundum uirtutem uixerunt : Agite nobis hoc dicte sancti uiri, proposita uobis optione, uel nascendi autore deo, uel non nascendi, utram in partem propensiores fuissetis? Nonne illico responsum pueris : Gratias agimus deo nostro, qui secundum beatitudinem suam nos fecit , quicquid nos in uirtutis gymnasio uoluimus decertare, ut has nobis eternae gloriae coronas pleaseret & imponeret? Satis itaque ostensum est, quod de peccatoribus & imperfectis hominibus loquitur Ecclesiastes.

Et uidi ego omnem laborem & omnem fortitudinem operis , quod amulatio est homini . hoc uanitas & electio spiritus.

Fortitudo & industria digna uituperatione censentur, cum quis uires suas circa uanitates intendit, & uotum tamen compos efficitur. Zelus autem uituperabilis est, qui proxime uicinā habet inuidiā . Vidi igitur, inquit, laborem hominum circa res uanas, & alios uidi homines illis iniudicare . Ut, exempli gratia, iniuste aliquis diuinitatis sibi comparat, ecce alij statim huic iniudicare incipiunt; uel ipsi similes cōsequi diuinitas affectantes, idem & ipsi studium amulantur. Huiusmodi igitur occupatio hominum uanitas est, & ut sepe iam diximus, elecio spiritus.

52 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
Stultus complicuit manus suas, & co-  
medit carnes suas.

Manus homini datæ sunt, ut illis opportuna sibi &  
conuenientia operetur. Ocioſus itaq; cœſator, manus  
clausas & cōplicatas tenens, cum subinde pœnitentia  
tangitur, ac dolore distabescit, dicitur meritò carnes  
proprias deuorare. Mystico autem sensu, qui opera-  
tiones suas non exercet in uirtutibus, carnes deuorat  
suas, cum ipse sibi sit suppliciorū mediator & tormenta-  
torū proxeneta. Aliter. Complicare, complecti ob-  
dilectionē, & ſalutando blandiri. Stultus itaq; cum di-  
ligat turpes suas operationes & amplectatur, proprias  
deuorat carnes, ipſe ſibi iuſtum ſuppliciū parans.

Bona eſt plenitudo pugilli cū requie,  
ſuper plenitudinē pugillorū duorum  
cum labore & electione ſpiritus.

Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuinitias peccatorū  
multas. Mystico autē ſenu, pugillus eſt indeſiciens  
fides, que eſt in dominū Iesum Christum. Duo autem  
pugilli intelligendi ſunt, cum quis duobus dominis ſer-  
uire ſtudet, deo ſcilicet & mammonae, & opprobria ilia-  
la pati quæ Propheta cōmemorat: Vſquequo claudia  
cabis in utrung; poplitem? Melius eſt ergo ſine illa con-  
troueria quod hic prius ponitur. Aliter. Pugillus  
unus, unitas ipſa quæ materia caret: pugilli duo, mate-  
rialia quæ diuidi poſſunt. Habetur præterea ipſa duas  
litas in ſcripturis ſacris immūda atq; impura. Nam im-  
munda

mundā animalia bina ingrediebātur in arcā Noë. Me= Gen. 6  
 lius ergo est uanitatē sequi, ac officiosam uitam ducere  
 cum quiete, hoc est sine manus gloriæ fuso, quām occu=  
 pari circa dualitatē, hoc est, res materiales. Aliter.  
 Contemplari possumus hominē fuisse olim pugillum,  
 cum uidelicet Deus puluorem de terra accipiens, ac ue=  
 luti pugillo concludens plasmavit hominem. Pugillus  
 etiam fuit mulier: à latere namq; Adam costam manus  
 Deum apprehendens, Euam plasmavit. Melior ergo est  
 coelibatus pugillis duobus, hoc est, dualitate & copula  
 coniugali. Quanuis enim coniugium damnandum non sit,  
 coelibatus certe laudabilis & molestia carens.

Et conuersus sum & uidi uanitatem  
 sub sole.

In circuitū, inquit, mouens oculos mentis meæ, nihil  
 uidi eorum que sublunarīs huius mundi gratia fiunt ab  
 hominibus, quod nō uanitas mera sit. Per hæc autē uer  
 ba intellige significari nequitas hominū & peccata.

Est unus, & non est secundus, nec fi  
 lius nec frater: nec est finis in omni labo  
 re eius, nec oculus eius impletur diui  
 tijs: & cui ego labore, & fraudo animā  
 meam bonis: hoc etiam uanitas est &  
 Occupatio mala.

Amplius, inquit, res humanas considerās uidi quoſ=

d 3

dam, qui ne legitimos habet heredes, insatiabili affectu  
 circa diuitias occupari, oculum habentes inexhaustum

& inexplicablem. Quod cum satis contemplatus sit, introducit inexplicablem huius hominis personam ex avaritia poenitentia ita loqui: Et cui ego labore & fraude animam meam bonis? Iure ergo & huic labori uanitatem attribuit. Aliter. Mystice sic intellige. Est unus. Vnum hoc loco accipit, qui seipsum tantummodo sicut ac diligit, qui ne habere quidem uelit filios ac fratres. Nam qui desiderio illorum tenetur, quamvis natura nulos affines et consanguineos habeat, quia tamen secundum dei precepta charitatem sectatur, omnes homines quamvis externos, esse sibi filiorum loco putat & fratribus, iuxta illud: Esto orphanis tanquam pater, & tanquam maritus matre eorum. Hic itaque unus ac solus, qui habere non curat filium neque fratrem, laboriosa quadam electione uiuendi ac solicitudine fraudat animam suam bonis, neque ad futura bona attendens, neque in uita quicquam boni efficiens. Huic ergo & uanitas attribuitur.

Boni duo super unum, quibus est bonum premium in labore ipsorum.

Concordiam duorum in operibus bonis laudat, haec namque premium consequitur apud deum. Itaque Saluator bene concordes apostolos binos misit ante faciem suam. Eos uero qui turrim superbiae fabricantes in malo opere conueniebant, dissipauit deus atque dispersit. Mystice autem sic accipe. Laudabilis est & apud deum preziosa duorum (hoc est animae corporisque) in bono concordia. Quomodo autem meliores sint duo quam unus, exemplo

nunc proposito planè intelliges. Si corpus quidem uoluptatibus abstineat, & tēperate se gerat, anima uero ipsa in anni gloria capiatur, irrita quodammodo uanaq; redditur corporis temperantia. Rursusq; si anima quidem humilitate colat, libidinetur autem corpus, anima uana est humilitas. Una enim parte compositi hominis delinquentे, aut anima uidelicet, aut corpore, necesse est & partem alteram comprehendendi.

Bona itaq; duorū copula & concordia, si cōueniant ad preciosam uirtutē, quoniā si cadant, unus erget participē suum. Et uxæ uni si cadat, neque sit alter ad illum erigendum.

Qui bonis de rebus conueniunt, mutuū sibi auxiliū p̄fstat. Si enim accidat ut alter ex humana fragilitate omittat aliquid quod faciendū sit, alterius cōfilio emittabitur. Quod autē dicit, si cadat, nō est accipiendū de ambobus eodem tēpore, sed modo de hoc, modo de illo.

Et si dormierint duo, calor ipsis erit: unus autem quomodo calefiet?

Ex eo quod corpori solet accidere, spiritualiter erit dñm. Qui enim simul cubat & dormiūt, magis quāne qui solus iaceat, calefiunt: ita etiā qui spiritualiter conueniunt & concordant. Vbi enim fuerint duo aut tres Matth. 18 cōgregati in nomine meo, ibi et ego sum in medio ipso- rum, dicit dominus, qui uidelicet sancti spiritus ignem caloremq; fidelibus suis gratificatur.

Et si quispiā prēualuerit contra unū,  
duo resistent aduersus eum.

Iterum per ea quae sensibiliter solent accidere, spiritualem nobis tradit doctrinā. Sicut enim duo concordi animo uel per forum plateasq; ciuitatis ambulantes, uel per desertas eremi solitudines, tutius ac facilius repelunt irruentis contra se alterius impetum, ita & futuri intellige in spirituali pugna. Nam cum Ecclesia sedere nos uelit, quae ad corpus animanic; pertineant (sic i. Thess. 5 cut etiam Paulus apostolus fecit, quo loco & ipse trium quae homini insunt rerum mentionē facit, cum ait: In teger uester spiritus & anima conseruetur) tria nobis latenter contēplanda proposuit, uidelicet quod si unus quispiam nobis insurgat, hoc est, superbia carnis, tunc anima spiritui amicē coniuncta, carnem compescit ac frenat, ut spiritualibus animæ motibus subiiciatur, & parcat. Sciendum namq; est (quod ad hunc locum pertinet) hominē tribus ex rebus constare, anima scilicet, corpore ac spiritu: non quod secundum substantię uim aliud sit spiritus, aliud anima, (neq; enim duo rationalia insunt homini) sed quod ratione sola, ea seorsim considerantes, aliud esse spiritum dicamus, aliud animā. Vox camus enim spiritum, actum animæ ipsius, dexteriore sublimioremq; uim: qui spiritus est idem, puto, qui & intellectus, sive ipsa mens, sicut in Esdræ libris accipi animaduertimus. Aut ita intellige. Spiritus est ipsius charisma spiritus, quod animam lœtificat & illustrat,

diuina

diuinum nobis insufflatione transmissum. Itaque si imponamus quod nobis inest ad imaginem dei factum, integrum habemus charisma spirituale. Sin uero ad peccatorum semitas declinemus, donum sancti spiritus uiolamur in nobis. Hoc est, puto, quod Apostolus nos preceperat manere integros sicut ab initio fuimus, immaculatum habentes corpus et animam, purumque seruantes charisma spirituale. Aliter quoque ita potest intelligi. Motus anime diuiduntur in rationabilem, irascibilem, concupisibilem. Si igitur tria haec ex uirtute officiorum convenient, tunc secundum rectam naturae normam, ira excandescit contra malas affectiones ac demonas: concupiscentiae ipsa uis potiora tantum desiderat: unde et Daniel uir concupiscentiarum uocabatur: rationalis autem pars omnia iuste moderatur, irascibilem uim concupisibilemque compescens. Sin autem contra eueniat, ut praeter legem rationis, altera illarum uirium, uel ira scilicet, uel appetitus quod delectat persequatur, tunc duae relique partes concordi foedare puritatem seruantes, ut rationalis puta concupiscendi uis, iracundiam deprimunt, ac sibi obedire cogunt: aut contra, iracundia rationi adiuncta, concupiscentiam sedat. Ita ergo fit ut concordes duo, tertium reluctantem redigant in seruitutem.

**Funiculus triplex non citò rumpetur:**

Rursus Ecclesiastes exemplo triplicis funiculi ad spirituales nos euicit contemplationes: ac primum quadam

charitatē nos docet, in concordiae nexum nos uocans.  
Inquit ergo: Si anima, corpus & spiritus in bonum conueniant, non facile dissoluuntur ab hostis incursu.  
Aliter. Cum rationalis animae uis, irascendi ac concus-  
piscendi potentiae unitatis puritatem custodiunt, ani-  
mam seruant prorsus innoxiam. Aliter. Qui cres-  
dunt in consubstantialem trinitatem patrem & filium  
& spiritum sanctum, à resistantibus haereticis & adver-  
sariis expugnari non possunt.

Bonus est puer pauper & sapiens,  
super regem senem & stultū, qui nescit  
prouidere in posterum: quod & ē car-  
cere uinculisq; interdum quis ingredia-  
tur ad regnum, quod q; in regno ipsius  
natus sit pauper.

Pueri fermè non eo digni sunt honore quo senes, ne-  
que ita pauperē ueneramur ut regem. Comparans sigis-  
tū Ecclesiastes stultitiam cum sapientia, quantum hec  
ipsa præstet ostendit. Inquit enim longe potiorem esse  
puerum & pauperē, modo sit sapiens, eo qui sit senex  
& ornatus regia potestate, sed stultus. Amens enim nō  
intelligit posse sapientiā ē seruili quandoq; conditione  
atq; in uincula coniectum hominē ad fastigium regium  
euchere. Cuius rei exempla sumi poterunt ex Ioseph,  
quem dei munere insita sapientia, & adolescentem, &  
precio coemptū, & in carcerē detrusum, totius Aegy-  
pti gubernatore constituit. Hæc eadem sapientia si regi  
insidet;

## ENARRATIO.

59

inſideat, modestiam tueri docet ac frugalitatē, ita ut re-  
ſta dignitate qua pollet nequaq; extollatur, ac tumeat.  
Nam ex dei gratia & ſui cognitione pauperem ſe eſſe  
intelligit, neq; in regno, neq; in diuinarum copia pau-  
peratis humilitatē deponit, ut beatus & ipſe fit quem-  
admodum & pauperes ſpiritu. Aliter. Senescens ac  
ſtultus, Hebræorū populus dici potest. Cui qui iunior  
ſucceſſit, in dei cognitionem populus ex gentibus con-  
uocatus, uere sapiens, ac redemptus à diabolica ſerui-  
tute, per fidem Christi ſaluatoris coſequutus eſt regale  
ſacerdotiū: ſpiritu quidem pauper, ſed euangelica bea-  
titudine decoratus. Exemplar autem ac dux huiusmo-  
di pauperum ipſe Christus eſt ſaluator noster, qui ſa-  
pientia quidē patris eſt dei, iuuenis autem ſi corpore &  
genitū & tempus conſideres. Idem quoq; rex dignitate  
diuina, pauper factus propter noſtrā ſalutem, quam  
quam per ſe ditiſſimus. Euafit idem catenas mortis,  
& inſerni carcerē fregit ac ſoluit, ſuo nos erudiens ex-  
templo mediocritatem ſectari, cum dicit: Discite à me, Matih.ii  
Quia uitis ſum & humiliſ corde.

Vidi cunctos uiuentes, qui ambu-  
lant ſub ſole, cum adolescentē ſecundo  
qui exurget pro eo. Non eſt terminus  
omni populo, omnibus inquam qui fu-  
erunt ante eos. Et poſtremi non læta-  
buntur in eo. Sed & hoc uanitas & ele-  
ctio ſpiritus.

Totus hic locus ad allegoricum intellectum mysticū p̄tinere putandus est: quādoquidem nullus est qui corporali intuitu cunctos possit uidere homines, qui ambulant sub sole. Cum uero mysticū sensum alij dij referri contendant: nam adolescentem secundum alij Christum dominum uolunt intelligi: alij autem filium perditionis antichristū: nos utrāq; prosequemur expositiōnem. Vidi, inquit, cunctos iuuenes qui ambulant sub hoc uisibili sole, hoc est, ipsoſ peccatores, cum adolescentē secundo, hoc est, antichristo, qui exurget pro ipso domino uidelicet nostro Iesu Christo: & non erit finis in altitudini peccatorū, eorū scilicet qui ab initio seculi præcesserunt. Sed & postremi, qui temporibus antichristi scilicet in eum credent, non lætabūtur in eo: neq; enim seruit potest impietas adhaerentes sibi. Ut autē doceat hunc errorem infidelitatis non necessitate, nec casu, sed electione liberæ uoluntatis esse populis aduenturū, adiunxit dicens: Sed & hoc uanitas est & eleſio ſpiritus. Aliter. Vidisse sc̄, inquit, ambulantes sub iustitiae sole, omnes scilicet qui uere uiuunt ex fide cum adolescentē secundo, qui proculdubio est ſaluator noster homo de cœlo ecclēſtis, qui nobis natus est ac surrexit pro adolescentē primo Adam, qui fuit homo de terra terrenus. Et in ſinuī crant, inquit, sub hoc sole in antea riora progrediētes, hoc est, ſecundum uiuentis fidei diſciplinā, præteritae quidem uitæ obliiti, tanquam mortui peccato, tendentes autē de uirtute in uitatem, ſemper oculos

oculos mentis ad propositā uitā æternā gloriam diri-  
gentes. Sed quinam sunt postremi ipsorum, qui non de-  
lectabuntur in adolescentie secundo domino nostro Iesu  
Christo? Nimirū uel Iudei sunt, qui cum primi essent,  
facti sunt nouissimi: uel qui in fine seculi credent in anti-  
christū: uel generaliter omnes qui post primos officios  
pięq; uiuentes, ipsi cum sensus & uoluptatis illecebras  
conscientur, meritò postremi ac nouissimi & habendi  
sunt & uocandi. Sed hos quoq; nouissimos ostendit ele-  
ctione propriæ uoluntatis non gauiuros esse in adole-  
scēte secundo, ideoq; tritum iam sibi uerbum illud ad-  
duxit: Sed & hoc uanitas & electio spiritus. Sciendum  
est autem (quod ad prædictorū enarrationē pertinet)  
Adam hominē primum adolescentem uocari, sub intel-  
lectu eius tēporis, quo recens creatus erat adhuc in pa-  
radiso uoluptatis, & uigore iuuentutis suæ strenuus  
erat operādo uirtutes. Vocatur adolescens & Christus  
saluator, propter magnum robur diuinæ uirtutis. Vo-  
catur & antichristus, qui iuuenili temeritate feruidus  
est in malo, robustusq; nequitiae innouator.

Custodi pedem tuum cum ingrede-  
ris in domum dei, & propinquus esto  
ut audias.

Aequiuoca quadam ratione loquendi, exterioris ho-  
minis membra & de interiore dicūtur, ut oculus puta,  
manus, ac pes, & membrareliqua. Non tamen con-  
trà contingit, ut interioris hominis partes de exteriori

dici consueuerint. Dicuntur enim penne alegre de am  
**Psal. 67** ma, iuxta illud: Si dormiatis inter medios clerros, penne  
 columbae de argētatae. Inquit ergo: Custodi animæ tue  
 pedem in omni opere tuo cum incedis, ut in conspectu  
 uenias domus dei, hoc est, cœlestis Hierusalē. Qui uero  
 custodit pedem animæ suæ, propè est ut audiat, hoc est,  
 ut obediatur uerbo diuinæ præceptionis, & proficiendo  
 mandata legis exequatur. Quod si de corporali pede  
 dictum intelligas, custodi, inquit, totum corpus tuū (a  
 parte enim totum significauit) ne instrumentis eisdem  
 quibus in bono utimur, abutamur in malo. quasi dicat:  
 Ne quæso pedibus eisdem quibus templum dei frequen  
 tas, theatrales adito ludos, & obscena spectacula. De  
 alijs quoq; humani corporis membris idem intellige fa  
 ciendum. Et profecto qui impolluto pede subcunt eccl  
 esiam dei, debet ab impijs locis & prophanis se penitus,  
 ut deo contrarijs, continere.

Super donū stultorū sacrificiū tuum,  
 quia ignorant quid faciant mali.

Quia stulti quoq; nonnunquā munus offerunt deo,  
 ut qui ex inani gloria eleemosynam faciunt, sicut  
 Cain, qui recte quidem offerebat, male autē diuidebat:  
 ideo tuum, inquit, sacrificium cum prudentia fiat &  
 discretione. Insipientes enim non intelligunt, quoties ma  
 le offerunt, eo quod illorum zelus careat discretionis  
 iudicio. Qui enim prudens ac sciens operatur bonum,  
 pari quoq; cognitione malum devit. Qui uero prius  
 illud

Nullus ignorat, facile & alterum ignorabit. Illud itaque quod ait, Quia ignorat quid faciant mali, ita intellige: ignorantia occupantur, & tenebris obteguntur mente. Proprie autem ac distincte locutus est cum dicit, donum stultorum: sacrificium uero prudentium tantummodo intellexit.

## CAPUT V



E festines in ore tuo, neque properet cor tuum ad offerendum sermonem in conspectu dei: quoniam deus est in celo superius, & tu inferius es in terra.

Promptam ad loquendum linguam corripiendam monet: tum uero quia est temerario ac prompto corde ipsi lingue fatuae sententiae quas efferaat, suggestur. Ut fontem quoque ipsum ac caput obstruat insipientium uerborum, inquit: Ne properet cor tuum efferre uerbū in conspectu dei. Quasi dicat, Quia deus ubique praesens, omnia perspicit, etiam deprehendens occultas animo cordisq; cogitationes, quamquam per sermonis indicium non emergant. Deus enim qui in altissima celorum specula sedem habet, quae in imo sunt conspicit uniuersa.

Aliter. Ne temere de diuinis mysteriis uerba profunde, neque utcunq; omnia quae in buccā ueniunt. Mortalis enim homo cum sis, ac graui corpore circumspectus, & orbis infinitus habitator, nequaquam potes inuisibilis deus.

Idcirco sint pauci sermones tui.

Ob omnes causas superius dictas, sint tui sermones non solum pauci numero, sed etiam diligentie examinatione perpensi.

Quoniam in multitudine temptationis aduenit somnium, & uox stulti in multitudine sermonum.

Si more proverbiis absolute ac libere hoc dictum putes, ita intellige. Sicut qui per diem multis temptationibus curisq; agitantur, per quietem subinde somnijs turbantur, ita & stultus in multiloquio peccans, sicut ipsius uoce arguitur. Aliter. Sicuti somniū dormientem quempiam uel ad auaritiam, uel ad libidinem tentans, euolat mox & irritum evanescit, ut nihil corunt que facere uidebatur certum esse contingat, ita & uox hominis stulti nihil utile cōmodumq; concludens, somnio uidetur esse persimilis. quasi dicat, somnijs comparatur stulti hominis sermo. Sin autē uelis Ecclesiasten quasi ratione confirmantem quae superius attulit, hec uerba proferre, uidelicet, quoniam aduenit somnium in multitudine temptationis, & uox stulti in multitudine sermonū: ita accipies, ut quasi nos moneat dicens: Ne multiloquus es̄to ac nugax, neq; stultitiam tibi insitan tuo profer sermone, quoniam multæ nugacibus adueniunt temptationes, que ipsos nō interdiu solum uigilantes continent, sed per quietem quoq; dormientes exterrant.

Sicut

Sicut uouisti uotum deo, ne moreis illud reddere, quoniam non est uoluntas in stultis. Tu igitur quæcunque uoueris redde.

Votum est, cum quid deo pollicemur nos redditus. Vouemus autem deo & pollicemur non pecunias modo, sed abstinentiam uictus, & castitatem, & quæ sunt generis eiusdem. Quia ergo stultos persæpe pollicitorum poenitentia subit ac dolor, nolentes uota persoluere, hortatur ut citò ac uelociter quæ promisimus deo reddamus.

Melius est te nō uouere, quam post uotum promissa non reddere.

Malum est proculdubio ac detestabile si nihil unquam uelis deo tribuere: multo tamen est peius si pollicearis te deo quid daturum, neque persoluas. Duobus igitur propositis malis, bonum dixit, quod minus est malum.

Alio quoq; sensu ita intellige. Cave ne quid temere promittas in conspectu dei, quia simulac reus uoti factus fueris, multitudo te circumueniet temptationū, quæ persoluere promissionem impedit, ita ut ne dormiens quidem sine molestia sis futurus. Ut, exempli gratia, pecunias auarus quispiam uouit deo se redditurū, mox autem non interdiu solum torquetur & auocatur, rationibus hinc inde subductus, egestatē sibi ac pauperiem ante oculos ponens, sed(ut par est) dormiens quoq; eidem imaginibus curisq; conturbatur, ne uota deo per-

66 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
soluat. Quanto autem supplicio torquendi sint qui contemnunt uota complere, docent nos in Actibus apostolorum Anania & Saphir a repentina morte sublati.

Ne dederis os tuū, ut peccare facias carnem tuam.

Lingua si nugax fuerit, corpus totum coquinat: præsertim uero si cum mulieribus incautus sermo commisceatur, carnem stimulat ad peccandum.

Neq; dixeris ignorantia esse in conspectu dei.

Cum effrena, inquit, lingua peccaueris, ad pœnitentiam redi, neq; consuetam prætende excusationē, quod imprudens nesciusq; peccaueris. Aliter. Qui in ipsa fecerit nequit, e uoluntantur, ita prudentiam dei negant & aspernantur, ut dicant de dignari deum curare ac scire quæ hic ab hominibus scelera committantur. At tunc quaquam hæc dixeris: nihil enim latet oculos dei.

Ne forte irascatur deus contra sermonem tuum, & destruat opera manuum tuarum.

Ne, inquit, ore tuo ac lingua peccaueris, ne & frustum honorū operum tuorū amittas. Iratus enim deus contra temerarios sermones, delet e libro uite, si quid est quod uideamus nobis bene laudabiliterq; fecisse. Aliter. Cae dicas, deus ignorat quæ ab hominibus perpetrantur. Irascitur enim talia dicentibus, neq; approbat.

bat opera illorū. Simplices quoq; ac tardiores ingenij peccatores, nihilominus è medio tollit, aut paupertate eisdem plectit, illorū fortunas operaq; corruptens.

Quoniam in multitudine somniorū,  
ac uanitatum, copiaq; sermonum. Tu  
deum time.

Tria simul ualde similia comparauit, inania scilicet somniorum phantasmata, uanos hominum labores, et ineptam multiloquij loquacitatem. Somnij enim per similia sunt nugacis hominis uerba: neq; sanè multum à somnijs differunt irrita hominū studia. In multitudine igitur somniorum, hoc est, somniantium hominum fru strag; laborantium, necnon uerba plurima effunden tium, irascitur deus. Multitudinem autem hoc loco non simpliciter multiloquium intellige, sed ociosiloquium. Paulus enim loquens de regno dei, quamuis ad medianū usque noctem uerba produceret, nullo tamen auditores officiebat fastidio. Qui autē multa quidem uerba profundat, rem uero ipsam de qua agitur minus facile redat, nihil fermè uidetur loquutus fuisse. Sed et qui ociose ac præter rem loquitur, in uerbo quoque uno nugax esse deprehendit. Semel autem nobis cunctarū uitium obseruantiam suggesterens, Tu, inquit, deum time. Timor enim omnia excedit.

Si calumniam pauperis, & rapinam iudicij uideris in prouincia, ne mireris sup hoc negocio, quoniā excelsō excelsa

68 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
sior est alius qui custodiam habet, & su  
per ipsos alij quoque excelsi sunt, & su  
perfluitas terræ.

Rapinā iudicij uocat, cum ditiores in prouincia &  
ciuitate largitionibus corrumpunt iudices ad iniqua ius  
dicia. Aliter. Etiam rapinam iudiciorū exercet, qui  
causas nihil ad se pertinentes, uolenter sibi uendicat &  
extorquet. Ait ergo : Quotiescunq; uideris calumnia  
& largitionibus inopes à potentioribus premi, ne ads  
mireris ; hoc est, ita ob hanc ipsam rem indigneris, ut  
fluitare mundum sine ulla prouidentia suspiceris. Deus  
enim super omnes excelsus, omnia speculans & obser  
uans quæ ab ipsis patrantur, qui sibi uidentur excelsi, lo  
cupletes & glorioli, reddet unicuiq; pro suorū operum  
dignitate. Et super ipsos excelsi, hoc est, qui se ipsis  
inaniter iactant & magnificiunt, nihil aliud ferme cens  
endi sunt quam superfluitas terræ, hoc est, inutilis ter  
ra & cinis?

Eccles. 10 ræ globus & massa, iuxta illud: Quid superbis, inquit,  
terra & cinis?

Super omnes autē rex est dominus  
agri elaborati.

Generali quadam conclusione utens, Deus, inquit,  
instar uiridarij mundum sibi hunc excoluit & ornauit,  
& in eo dominatur ut agri dominus, cuius & aſſiduam  
prouidentiam gerit. Non itaq; decet opinari mundum  
carere gubernatione regnantis, ob eas quæ inter homi  
nes fiunt iniquitates : imò revocare mentem oportet:  
Quod

Quod cum mundus hic ager nuncupetur, iuxta euangelicam parabolam, deus hominē mundi huius regem dominumq; constituit, sicut scriptum est: Omnia sub= incisti sub pedibus eius. Admonet itaq; nos hoc loco Ecclastes dignitatis nostrae, ut debitam uenerationē deo exhibētes, qui nos regia honestauit corona, pie officio= seq; uiuamus. Aliter. Quandoquidem deus uniuersitatis mundi uerus est dominus & possessor, uelut agri cuiusdam diligentia summa elaborati, idcirco seduli caruimus ne demoliamur uineā domini Sabaoth, aut ini= quis actionibus, aut impijs dogmatis, aut perniciosis do=ctrinis. Omnibus enim præest, omnia speculator agri dominus & possessor elaborati. Aliter. Diuina ipsa scriptura est uelut ager quidā frax & odoratus, qua= sit paradisus optimis arboribus consitus, habensq; the= sacrum occultū. Par est autem ut qui hūc habere quæ= sunt thesaurū, placere studeat regi domino agri huius, hoc est, deo omnipotenti. Placebunt autem, si cunctis mundi delicijs renūciauerint, & si neq; Iudeorū more solum literæ iacentis sensum consecratur, neq; è cunctis etiam scripturæ uerbis allegoriis & mysteria perscrutentur, ita ut tanquā inutilem posthabentes literæ uerbi, plantas agri huius radicitus subruat et euellant, cum potius deceat fideliter quæ sunt scripta rimari, & duce spiritu ligonibus terram uersare. Ita nimur deo placebimus agri huius domino, & spiritualem illi para=disum reddemus excultum.

70 OLYMP. IN ECCLESIAST.

Qui pecuniam diligit, pecunia non explebit, & qui amauit fructus in multitudine ipsius. & hoc etiam uanitas.

Huius sententiae posterior particula ita costruenda est. Et qui amauit fructus, hoc est, quicunq; amauit sibi ipsi, non autem communis utilitatis gratia congerere fructus. quasi dicat: Qui laborat auaritiae morbo, siue pecuniam congerat siue fructus, nunquam expletur plus ra semper affectans, ut potius pecuniarum dici seruus quam dominus mercatur.

Multitudine bonorum multiplicati sunt qui comedunt ea. Et quæ uirtus ac fortitudo possidenti bona: Principatus enim est illi ut uideat oculis suis.

Symmachus interpres posteriorem particulam ita conuertit. Quæ enim uirilas inest habeti ea bona, nisi ut tantummodo caspectet oculis suis? Sensus autem hic est. Inuenias qui summa animi ui, & corporis contentione flagitiū aliquid aggrediatur, ut auarus solet, qui quacunq; potest ratione pecunias cogit, estq; fortitudo hæc strenuitasq; damnanda. Qui uero sic impudenter auari sunt, hoc sibi tanquam bonum summum proponunt, ut inter pocula patinasq; uersentur, & ut spectaculo fruuntur quas concessere pecuniarū. In multitudine ergo bonorum, hoc est, in affluentia pecuniarū que illis assidue multiplicatur, gestiunt non secus ac si bonis illis pecunijsc; uescantur. Et que illis demum resultat utilitas

ex huiusmodi strenuitate atq; uirtute? Solo namq; intuitu principatu gerit in pecunijs, auaritia tali corruptus. Quasi dicat, nullo alio usū dominus est earum præterquam quod appositas contēplatur. Aliter. Quibus legitimo honestatis iure opes atq; diuitiae augescunt, multipli cantur etiam qui illis utantur. Qui enim uere cupiunt probitate sibi augeri, multis, hoc est, pauperibus suas opes impertiunt. Ut itaq; à tenacitate nos dehortetur, ad misericordiam uero conuertat, quid prodest, inquit, impudenti auaro ac tenaci sua turpis huiusmodi uirilitas & fortitudo, quæ oculorum solo intuitu pecunijs uitiduinijsq; permittit?

Dulcis est somnus serui, siue parum comedat, siue multū: pleno autem diuitiarū non est qui sinat eum dormire.

Posita cōparatione ostendit felicius euenire hominē seruili cōditioni subiecto, quam ei qui liber cum sit, auaritia tamen est seruus. Famulus enim securam uitam dicens, quocunq; demum uictu alatur, dulci somno reficitur. At qui pecunijs seruit, herū habet importunū, qui dormire cum nō finit, curā scilicet augendi lucri anxietibus plenam. Mystice autē: Qui deo famulantur & quo animo feruntur, atq; lētantur de tēporaria huius seculi uita in æternā transferri, quā uitae præsentis trālationem pulchre atq; apposite uocavit somnū. Auaros autem nō somnus excipit, sed horribilis mors, quæ non finit eos quiescere, sed æterno tradit supplicio.

Est infirmitas quam uidi sub sole, diuitias cōseruatas apud dominū in perniciem suam, & pereunt diuitiae illæ in occupatione mala.

Omnis iniquitatis species, morbis sunt ipsius animæ. Adeò uero gravis est & intensus auaritiae morbus, ut radix malorū omnium meritò nominetur. Inquit ergo: Vidi asseruatas opes in perniciē possidentis. Aut enim peregre proficiscens, perdit auarus diuitias, cum propter eas nōnunq; grassatorū insidias raptorumq; patitur: aut si cætera euadat in cōmoda, uita demū excedēs pecunijs tunc priuatur. Planeq; intelligit se pro incertæ re atque instabili laborasse, ut quibus omnino cariturus erat pecunias congregaret: hoc enim significat cum dicit, in occupatione mala. Quia uero multi sub prætextū hæredum filiorū diuitias cumulant, meritò subiungit:

Et genuit filium, & nihil est in manu eius. Sicut egressus de uentre matris sua nudus reuertet, ut perget sicut uenit.

Etsi auarus sub prætextu filiorū se excusat, tamē hunc monemus, ut nascētis sibi filiolī manū inspiciat. Et cum inuenierit illum sine pecunijs de uentre matris in hunc mundum uenisse, rursus inspiciat morientis manū: etenim inueniet cum sicut nudus & inanis pecuniarum uenit ē matris uero, ita & pauperem subire sicut telluris ex hac uita commigrantem. Meritò ergo sequitur:

Et nihil

Etnihil accipiet in labore suo ut ue-  
niat in manum ipsius, & hoc infirmitas  
mala. Sicut enim aduenit, ita & abibit.  
Quid ergo est illi amplius? laborat enī  
in uentum, & omnes dies in tenebris,  
in luctu & tristitia multa, in infirmitate  
& ira.

Si itaq; neq; auarus ipse, neq; illius filius quem ha-  
redem sibi instituit, neq; hominū prorsus aliquis potest  
secum moriens quid efferre sensibiliū facultatiū, nonne  
infelicitas animae morbus est auaritia? Quid itaq; laboras  
in uentū, cum sint diuitiae prorsus instabiles, & aquatis  
bulle cum detumescit, persimiles? Sed & ipsa auari-  
tia in tenebris elanguescit, hoc est, in ignorantia & lu-  
chu. Avarus enim neque sui ipsius miseretur, cum parce-  
at uix congestis utatur, sed etiā tristi insuper iracundia  
stimulatur, & leui occasione in contentionem surgit &  
excandescit, anima graui ægritudine occupatus. Vide  
igitur quot auarum incomoda circumueniant, post que  
defunctū uita etiā tenebrae inferni suscipient, repulsum  
& conspectu dei, iusta illius ira seuerissime puniendum.

Ecce, uidi ego bonum, hoc est ut co-  
medat quis & bibat & uideat bonum in  
omni labore suo quem laborat sub sole,  
in numero dierum uitæ suæ quos dedit  
ei deus. Diuitias enim dedit, substantias

74 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
& potestatē ut comedat ex eis, & acci-  
piat partem suam, & lætetur in labore  
suo: hoc est donū dei. Non enim recor-  
dabit multis diebus uitæ suæ, eo quod  
deus occupet illum in lætitia cordis sui.

Auari personam miserasq; superius ostendit Eccle-  
siastes. Cumq; uisus sit in eum grauiter irruisse, nunc ius-  
cissim aliam aggreditur curandi rationē, ut non inue-  
tendo perterreat, sed ut blande ac sensim cōrectanda,  
sifiri possit, liberū metu, suspicionibus, cōciliat. Quia  
enim auarus sic malis affectionibus occupatur, ut sum-  
plicem uitutis exacte medicinā ferre non possit, multa  
cum prudentia noster Ecclesiastes que iucunda homini  
cōtingunt in uita, breuiter percurrendo, præceptis suis  
ad miscet: atq; ita mox docet nō oportere uentri omnia  
¶ gulæ luxuriosius indulgere, cum breuis hoc in seculo  
lo nobis futura sit uita. Hortatur itaq; aliud intendens,  
auarum, ut diu uiuit suis utatur bonis, ita dissimilat  
appositis uoluptatibus, abducere illum studens ab auas-  
ritu morbo. Inquit ergo: Bonū est tibi auare locuplex  
comedere, bibere ac lætari, donec ea meditaris que sunt  
sub sole. Sed pfecto decet etiam te id cogitare, quod pa-  
cos ac numerabiles dies tibi ad uiendum dederit deus.  
Tempus enim uitæ tibi cōcessæ secretū est tibi in sorte,  
terminisq; descriptū. Cum itaq; diuitias à deo acceper-  
ris, facultatemq; illis utendi, cogita non solum ut come-  
das ¶ bibas, sed ut portionem tuam sortemq; accipias.  
Vide

Vide autem quā sit admirabilis Ecclesiastē nostri do-  
ctrina. Postquā enim blande pernulcendo metū auaro-  
suspicionemq; imminuit, edendi scilicet ac bibendi uolu-  
ptate proposita, tūc sensim irrepit docēs, non esse hanc  
sortem hominis, partemq; propriam ut esculentis scili-  
cet poculentisq; perfruatur. Monet ergo ut partem sibi  
decentius decretam accipiat, hoc est, hæreditatē ac for-  
tem quae sit illi stabilis ac perpetuō duratura. Ea uero  
est, dispergere pauperibus opes suas, & de huiusmodi  
dispensatione solidam lētitiam capere. Hoc enim uere  
est donum dei, in eleemosynis & charitate pauperū ui-  
tam operamq; consumere. Tunc uero ut magis illi per-  
suadeat partem hanc sibi propriā capere, hoc est, bene-  
uti suis diuinitijs, ut ita stabiles illi fiant, reuocat illi in mea  
moriā breuitatē uitæ huius cum dicit, quod non multos  
recordabitur dies uitæ suæ. Huiusmodi autem hominis  
occupatio in pauperibus subleuandis, & acceptissima  
est deo, & misericordis cor animamq; lētificat. Et hæc  
quidē quæ docuimus ab Ecclesiastē adducta, nūc blan-  
de auaros adhortando, nunc contrā seuerius increpan-  
do, satis fuerint ad ipsius literæ ordinem sensumq; expli-  
candum. Qui uero diuinius ac sublimius loquentem  
potest audire Ecclesiasten, cum meminerit ad se perti-  
nere illud euangelij dictum, Qui habet aures audiendi Matth. 13  
audiat: idem profecto nouit qui solus sit bonus: unus enī  
bonus est deus. Idem quoq; nouit, quod qui manducat Matth. 29  
carnem filij hominis, & biberit cius sanguinē, futuræ felici-  
tatis partem hic aliquam, fruitionemq; accipit. Bene

## 76 OLYMP. IN ECCLESIAST.

igitur operam insumit suam, iuruitesq; exercet dum est  
sub sole, hoc est, in praesenti uita, secū animo deputans,  
quod deus numerabiles posuerit dies suos, neque deceat  
ne unum quidem illorum pati uacuum ac sterilem pre-  
terire. Labor enim quem iuruit homo impendit, pro-  
prie dicenda est hominis esse pars, que sola nimis effe-  
ciet ut pars nostra sit deus, iuxta illud quod pater Eccle-

**Psal. 118** si astē nostri canit in psalmo: Portio mea es domine. Et  
**1. Cor. 2** profecto hæ sunt illæ diuinitæ, de quibus ait Apostolus: In

omnibus diuites facti estis in ipso, in omni cognitione et  
sapientia. Nam qui hæc bona spiritualia bibit & co-  
medit, et in his lætitia suam ponit, planè intelligit quod  
hæc charismata dei sunt, auctq; peruenire ad æternam  
uitam. Temporariā uero hanc, ut exigui spacijs despicit  
& contemnit. Accidit enim hoc omnibus qui dei mu-  
nere circa spiritualia occupātur, & ad ea contempla-  
mentem attollunt, ut mundana hæc omnia paruipen-  
dant. Si qui uero putant diuitias istas, sensibilesq; fortu-  
nus summū esse hominis bonum, hi mihi paucis rogādi  
sunt: Quid ita sit quod illas deus & que cunctis homini-  
bus non impartiat, cum tamen idem personarū non sit  
acceptor? Atqui cernitur que uerè sunt bona, cunctis  
& que liberaliter effudisse, hoc est, liberū arbitriū, dispo-  
sitionemq; ad exercendas obcundasq; iuruites. Quas  
propter licet ad bene officioseq; uiuendum diuitiae ada-  
miniculo esse possint, & iuruites ipsas quādoq; ut pre-  
mia consequātur, non absolute tamen, neq; suapie na-

tura

uer a uel bona uel mala dicenda sunt & habenda. Sed cum per se mediæ sunt, ac susq; deq; accipiantur, facile transiunt & immutantur in habitum bene illis maleue uentis.

## CAPVT VI



ST & malum quod uidi sub sole, & quidem frequens est apud homines. Vir cui dabit deus diuitias, substantiam & gloriā, & non est quod desit animæ suæ ex omnibus quæ concupiscet, nec tribuet ei potestatem deus ut comedat ex eo: nam uir extraneus uorabit illud. & hoc quoq; uanitas & infirmitas mala.

Literæ huius intellectus rectè fertur in auaros & nimia parcitate astrictos. Quod autē inquit, Nec tribuet ei potestatem deus ut comedat ex eo: simile est illi quod ait Apostolus scribens ad Romanos: Tradidit illos deus Rom. 2 in passiones ignominiæ. Non quod deus ipse quenquā hominum cogat auaritiam intemperantiam uectari: sed quod ea permittat quæ homines electione liberæ uoluntatis aggrediuntur, dum liberi arbitrij naturam facultatemq; conseruant. Mystico autem sensu ita intelligendum. Sæpe accidit ut aliquis magnas sibi diuitias indicendi copia, et in scientia scripturarū cōpararit, alia nūm̄q; rerum cognitione: sed quia deinde foeditas morū

78 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
uerbis suis dis̄sidet, ac doctrine, hinc fit ut qui in libros  
illius traditionesq; incidunt, magnam inde ipsi quidem  
utilitatē capiant, nihil uero ipse autor emolumenti pers-  
ceperit, eo quod correspondentes uerbis mores non ha-  
buerit. De huiusmodi uiris intellexit saluator, cū dixit:

**Matth. 23** Quicquid dixerint uobis facite, secundum uero opera  
eorum nolite facere. Aliter. Diues olim fuit populus  
Iudeorum, locupletatus lege, prophetis & sacerdotio:  
qui tamen ex diuitijs fructum non cepit, morbo gravi  
corruptus, impietatis in saluatōrē suum cōmis̄isse: pro-  
pterea uenerunt extremi, & bona sua comederunt, po-  
**Ephes. 2** scriptū est: Qui alienati erant à gubernatione Israēl,  
& externi à testamento promissionis.

Si genuerit quispiam centū liberos,  
& uixerit multos annos, & multitudo  
magna fuerint dies annorū eius, & ani-  
ma illius non impleatur bonis substanz-  
iæ suæ, & sepultura illi non fuerit, ego  
dixerim quod melior illo sit abortius.  
In uanitate enim uenit, & pergit ad te-  
nebras, & in tenebris occultabitur no-  
men eius, non uidit solem nec cognoscit: requies huic super hunc.

Quod ait, si genuerit quispiam centum, per hyperbole  
d. clū intellige. Vt titur autem hoc loquendi modo  
scriptura, cum à paruo declinat in immensum aliquod.  
Hyperbole

Hyperbole enim est sermo ueritatem excedens, ut ali= quid expressius ante oculos ponat, sicut et Apostolus ait: Adhuc per excessum uiam uobis ostendo. Si linguis 1.COR.13 angelorum loquar, et si habuero omnem scientiam, et co gnouero cuncta mysteria, charitate uero non habeam, nihil mihi prodest. At qui sine charitate habere illa que recensuit, non est possibile. Sed quo pacto sit accipien= dum quod dicit, ipse praeueniens nos edocuit, cum dixit: Per hyperbolam uiam uobis ostendo. Dicit ergo Eccle= siastes: Quamvis tam fœcundus in numero filiorum quis= piam fuerit, quod est impossibile: si uero etiam ad ana= nosim uixerit senium, flagitiose autem, neque secundum virtutem duixerit uitam, atque ita perdite, ut defunctus ne sepultura quidem dignus censeatur (quandoquidem et hoc persæpe ipsum contingit) facile dixerim tali ho= mine longe meliorem esse abortiuum. Hic namque homo uere in uanitatem uenit, et in tenebras pergit, in igno= rancia uiuens, et nomen ipsius in tenebris occultabitur, cum delendus sit è libro uiuentium, neque dignus habendus sit iustitiae sole. Quare autem abortiuum fœtus aut mortui enascantur, aut unum uiuant diem alterum uero, explicare hoc loco non est consiliu[m], sed potius inscrutabili diuinæ prouidentiae relinquendu[m] puto. Mystice autem que superius dicta sunt intellige. Apostolus quidem et ipse erat Iudas Iscariothis, et doctrinæ suæ uerbis multos genuit filios: sed quia subinde non impletus est bonis ut perseveraret in finem, sed conuersus est ad iniquitatem,

80 OLYMP. IN ECCLESIA ST.

repletusq; est potius spiritu satane: sepultura etiam cœ  
ravit, hoc est, non immortuus fuit Saluatoris sepulture.  
Qui enim Christo cōsepulti sunt in baptismo, munusq;  
dei custodiunt in uirtute uiuentes, hi profecto & cum  
Christo resurgunt. Talis itaque magister ac doctror qui  
multos quidē genuerit sua doctrina discipulos (hoc enī  
significat centenarius ille numerus) multūq; ætatis edo  
tendo cōtriuicerit, tali autem quam modo diximus sepul  
tura dignus non habeatur, eo quod mortuus peccato et  
sepultus nō fuerit, pergit dubio procul ad tenebras, neq;  
uidebit iustitiæ solem. Paulus uero apostolus qui de se

i. Cor. 15 ipso dicit: Nouissime autem omniū tanquam abortiuo  
uisus est & mihi: sepultura dignus est habitus, qui &  
bonum certamen certauit, cupiens dissolui, & esse cum  
Christo. De illo autē qui male uixit, & Hieremias scri-

Hier. 22 bit: Sepultura asini sepelietur, hoc est, non habebitur di  
gnus quiete hominū rationalium, cum paßiones carnis  
consectatus instar pecorum uitam finierit.

Et si mille annorum uixerit cursum,  
bona non cognouit. Nōnne ad locum  
unum omnia pergunt?

Etiam si ad copiam filiorū, congestasq; diuitias hoc  
euquam dei munere accedat, ut mille annorū spatio sit  
in uita, non tendat autem ad uerum bonum, hoc est, sit  
secundum uirtutem laudabiliter uiuat, quid sibi deniq;  
omnia illa prodeunt? Etenim in eundem pariter pergit  
locum, in quem abortiuo pergunt, & qui acerba morte  
intercepit

intercepti rapiuntur è uita . Terra est enim hic quoq; & in terram ibit.

Omnis labor hominis in ore ipsius,  
sed anima eius non implebitur.

Quia superius de esculentis ac poculentis mentio nem fecit, ne quis forte suspicari possit ipsum uentris & gulæ illecebras attulisse, apte nūc inquit : Etsi homines ad indulgentiā uentris plurimos labores insumunt, nihil tamen eorū quæ gulæ gratificantur, ipsius animæ parit saturitatem : sed inanis penitus ac iejuna persistit, cum sibi conueniens alimentū, uerbi scilicet ac uirtutum, ex inertia hominū non accipiat. Aliter. Nequitia, imperfectū quid esse censetur. Anima ergo quæ huic annexa perdurat, semper aliquid profert flagitiōsi, contumelias scilicet, iurgia, blasphemias, dolosa uerba . Neq; propterea tamen expletur, eo quod nequitia, sicut di xi, imperfecta, incompletaq; sit.

Quid enim est amplius sapiēti quam stulto? Quoniam nouit pauper ambulare in conspectu uitæ.

Quid habet, inquit, amplius sapiens ab ipso stulto? quasi responderi deceat, Multum sanè habet, atq; omnibus modis. Stultus enim se uoluptatibus more pecudū mancipauit, sapiens uero pauper spiritu, iuxta euāgelij dictum, ambulat coram uita, hoc est, per uirtutū semi tas pergit, donec demum perueniat ad ultimū appetibile . Dissolui enim cupit & esse cum Christo, qui pro-

fecto est uita æterna. Aliter. Populus stultus & insipiens Iudeorū, in ligno uitam suspendit. Gentilis uero populus olim pauper & uacuus gratiarū dei, ad crucifixū accurrit: ita profectus in conspectū uitæ salutaris, in dominū Iesum Christum, fide locupletatus est.

Melius est prospicere oculis, q̄ ambulare iuxta uoluntatē animæ suæ. Sed & hoc uanitas est, & electio spiritus.

**1. Cor. 2** Inquit Apostolus: Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus. Est uero animalis homo, qui traditus appetitu sensitivo semitas ratiōis egreditur. Et in euā

**Luc. 11** gelio scriptum est: Si oculus tuus lucidus fuerit, totum quoq; corpus tuū lucidum erit: hoc est, si rationalis anima uis, ipse scilicet intellectus, luce fuerit illustrata, appetitus sensitivū licentia in ordinem suum rediget. Longe itaq; melius est perspicaces habere oculos animæ ac rationis, luce sancti spiritus illustratos, quam pergere iuxta uoluntatē animæ, hoc est, animalis hominis ritus, qui in tenebris ambulat. Neq; enim aliud iste homo censendus est quam uanitas & electio spiritus, cum certatesq; cōmigrarit. Sed ex euangelij uerbis, que nos ad huius loci comparationē attulimus, suboriri dubitatio potest, cum illic unius oculi tantum, hic uero duorum mentio facta sit. Dicimus autem, ibi quidem intellectu unius oculi appellatione signatū esse, hic uero spirituales operationes intellectus, practicam scilicet affectus latitudo

latuam, oculorū dualitate mōstrarī, quib⁹ qui pie of-  
ficio seq̄; utatur, perspicacem sanē habebit oculorū in-  
tuīum. Est præterea & illud scitu dignissimū, morem  
hunc esse diuinę scripture, ut pro una tantum poten-  
tiā, totam animam nobis quandoq; proponat: ut à con-  
cupiscibili, cum dicit: Et comedet uias donec impleat  
anima, hoc est appetitū. Ab irascibili autem, cum dicit:  
Anima benedicta tota est simplex, homo autem iracun-  
dus caret pudore. Pro parte nanq; irascibili ipsum to-  
tum, hoc est, animā protulit. Cum uero inquit, animas <sup>1. Pet. 1</sup>  
nostras sanctificari ad obedientiā ueritatis: quia ratio-  
nali tantū potentia sanctificationis est capax, ad hanc  
unam uim sensum intendens, totum ipsum, hoc est, ani-  
man nominauit. Quandoq; uero totum cum partibus  
suis anime appellatiōe uult intelligi, ut cū dicit: Omnis <sup>Rom. 12</sup>  
anima potestatibus superioribus subdita sit. Hoc etiam  
loco ad rationalem afficiens potentia, quam dualitate  
oculorum expressit, longe melius esse ait homini spiri-  
tuali quam animali.

Si quid fuit, iam uocatum est nomen  
eius, & est cognitū quod est homo, &  
non poterit iudicari cum eo, qui sit for-  
tis super eum: quoniam multa sunt uer-  
ba augentia uanitatem.

Multi sunt, inquit, sermones uanitatem multiplican-  
tes, qui impudenter efferruntur contra prouidentiā dei.  
& immi nanq; permulti qui inconsultius querant, Quare

hunc deus paupertate oppresit hominē, huic uero con-  
 trā magnas opes diffudit? Cur hunc uenustū esse uoluit,  
 hunc deformem? & quæ sunt huiusmodi curiosæ nugac-  
 tiones. Quæ ut è medio tollat noster Ecclesiastes, ait  
 omnium rerum quæ factæ sunt rationes, cur ita factæ sint,  
 repositas esse apud autorem deum, qui tantæ est sapien-  
 tiæ, ut non solum eas sciret esse futuras antequā fierent,  
 sed earū quoq; nomina recondita haberet in præscien-  
 tiæ sue consilijs. Si quid enim deus in generationē pro-  
 duxit, huius & rationem & nomen cōprehensum has-  
 buit apud seipsum. Cum itaq; multò ante præsciret que  
 cuiq; homini utilia essent futura, ita deniq; unūquenq;  
 produxit in uitam: cum inquam præsciret omnes homi-  
 nis conditiones, quod mutabilis, quod mortalis, quod  
 imbecillis erat futurus. Nullus itaq; hominū ausit effor-  
 re uerba contra illum, qui nouit omnia antequā fiant,  
 & cōuenienti loco singula statuit iuxta sibi uni cognita-  
 tas rationes. Non enim poterit quisquam iudicari, hoc  
 est, contendere in iudicio cum fortissimo omnium: uit-  
 et enim proculdubio fortis, iuxta quod David canit  
 Psal. 50 in psalmo: Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas  
 cum iudicaris.

## CAPVT VII



VID est amplius homini?  
 Quoniam quis nouit quid sit  
 homini bonum? quid futurū  
 est sibi? Et in umbra ea fecit.  
 Quis

Quis enim homini nunciabit quid post  
eum futurum sub sole sit?

Non officiosam hominis uitā, sed uanam stultamq;  
exigit, cum dicit: Quid habet amplius homo qui circa  
uana & peritura occupatur? Dices' ne hunc habere ue-  
nustam coniugem? Verum cui satis constat ob eandem  
ipsam coniugē doliturus nec ne sit uel in adulterio de-  
prehensam, aut alias afferentem doloris causas? An pe-  
cunias habere hunc dices? Atqui pecuniae Iudam ad la-  
queum cōpulerunt. An uero potius uincam? Quasi non  
propter uincam sit Nabothes insidias mortemq; perpes-  
sus. Quis enim homini nunciabit, quid illi sit uenturia  
donec est in hac uita? Præsens uero hæc autoritas nostri  
Ecclesiastæ, omnem funditus euertit diuinandi supersti-  
tionem, uanasq; astrologorū nugas de hominum geni-  
turi. Nullus enim mortaliū certam futurorū scientiam  
consequi potest. Ut uero etiā concedamus homini cun-  
cta ad uotum in hac uita cessura esse, illo tamen calculo  
huc urgebimus, qui eum male urat et torqueat, numera-  
biles scilicet positos esse suæ uitæ dies, qui uelut umbra  
transcurrunt. Ex quo planè comprobatur, uiuendum  
esse nobis secundū uirtutem, mentis oculos erigentibus  
ad futuram uitam, mortis & umbrarum immunem, de  
qua nobis abunde per prophetas, apostolos, & redem-  
ptorem mundi est traditum. Que enim uentura nobis  
in hoc mundo sint, penitus ignoramus. Que uero no-  
bis reposita sint in futuro seculo, fide iam scimus, quod

86 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
tormenta uidelicet peccatores, æterna uero gloria ius-  
tos accipiet.

Melius nomen bonū, oleo bono: &  
dies mortis super diem nativitatis eius.

Symmachus pro eo quod legimus, super oleum bonum, trāstulit, super unguentū bene olens. In unguento  
autem omnes hominū delicias significavit. Melius itaq;  
est, inquit, ex officiosis actionibus laudabilis famæ fru-  
ctum percipere, & exultare ob nomen suum scriptum  
in coelis, propter uiuam honorū operum fidem, quam  
frui omnibus humanis delicijs. Bonam etiā decernit  
esse transitus uitæ huius diem, super diem nativitatis.  
Natalitus enim dies in turbulentū uitæ huius pelagus  
nos inducit, ubi draco latibulum suum posuit: transitus  
uero dies, ē studio nos educit. Et si quidē peccator fuerit  
qui decedit, peccare ultra iam desinit: qui uero fuerit in-  
stus, uita perfuerit æterna. Mystice autem, melius  
est habere nomen bonum, hoc est, habere Christum in  
portione ac sorte propter fidei christiane sacramentū,  
& uocari eius cognomine christianū, quam sine illius  
fide, in eleemosynas facultates suas profundere. Multi  
nang; gentilium quia hoc carent nomine, sine ulla utilia-  
tate ac fructu anime sue fortunas suas erogat indigens  
tibus. Si tamen hoc fecerint affectu misericordie morti,  
ipſi quoq; in cognomen hoc sanctum aliquo pacto per-  
uenient: sicut & Cornelius ipſe uenit Centurio. Bonū  
est etiā interitus dies, quia peccato mortui, Christo con-  
ſepelimur

sepelimur, super diem vulgaris huius ac mundane na-  
turalitatis, quia nos Adam pater primus in uita progenuit

Melius est ire ad domum luctus quam  
ad domum conuiuij, propterea quod hic  
futurus est finis omnium hominum.

Luxuriæ maculas & desidiae, quas anima contrahit  
in conuiuijs, etiam sanctus ille Iob cum secum tacite re-  
putaret, sacrificia pro expiandis filiis offerebat: quan-  
quam illi non male consilio, sed tunc de concordiae gra-  
tia conuiuia inter se quasi cognatorum charistia celebra-  
rent. Funcbris uero luctus longe utilior est conuiuio. In  
etiamq; communem fragilitatis humanæ conditionē re-  
putantes, & orbatis compatimur, & errores proprios  
emendamus, ac in melius resipiscimus. Hoc enim signi-  
ficit quod statim subsequitur:

Et uiuēs affert bonū in mentē suam.  
Super risum, bona est ira. In tristitia enī  
uultus, cor & animus emendabitur.

Irasci sine peccato, bonum laudabileq; censetur: ut  
cum quis uel contra demonas, uel contra carnis passio-  
nes insurgit & excandescit: & huiusmodi iram, hoc lo-  
co bonam appellat. Quæ autem non odio peccati, sed  
appetitu uindictæ illatas ulciscitur iniurias, hæc dam-  
nanda est ira. Melius itaq; est hoc pacto irasci, quam ri-  
su lento dissolui. Grauis enim uultus nec resolutus, cor-  
rectionis est index, & ad solidum uirtutis gaudium ani-  
mam parat. Aliter. Irasci quodammodo dici potest,

88 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
qui secura delinquentes corripit obiurgatione. Melius  
est ergo uel præceptor i uel domino subditos oratione  
grauis coercere, quam per risum atq; blanditiis pati il-  
lorum mentes langescere. In uultus enim austernitate,  
quam hoc loco tristitiam nominat, et sibi melius con-  
sulet, et subditos in uiam probitatis conuertet.

**Cor sapientiū in domo luctus, & cor  
stultorū in domo lætitiae.**

Vir sapiens est funebri luctu secū animo deputans,  
se natum de corruptibili carne, breui ex hac uita mi-  
graturum: mortales cæteros, qui eadem sunt nati condi-  
tione affectu pio prosequitur. Contemnit autem quæ-  
cunq; suis oculis obuersantur, ut casui morti q; subiecta,  
Stultus autem cum mentis hebetudine, solida putet esse  
quæ sunt in mundo, neq; illorū mutationem intelligat,  
propterea q; futuri exitus sit securus, delicijs effluit, uo-  
luptatibus q; indulget. Animaduerte autem quod initio  
te admonui, ac saepe obiter repetui, Ecclesiasten no-  
strum non ingenue quidem ex sententia sua loquètem,  
sed ex persona uoluptarij, quam nonnunq; ut sibi com-  
modum est assumit, ita de patinis, poculisq; differere,  
ut uideri possit ijs, qui non intelligunt obliquum sermo-  
nis ductum, uelut Epicureus quidam, bonum hominis  
uoluptate metiri. Sed animi sui consilium compluribus  
in locis plane ostendit, tum proxime à nobis loco expo-  
sito, ubi sapientis ait mentem uersari in domo luctus,  
stulti uero in domo lætitiae.

Melius

Melius est audire correctionem sapientis, super uirum audientē carmen stultorum.

Hoc namq; effœminat animum, sapientis uero correctione colligit & confirmat.

Quia sicut uox spinarū sub olla, ita risus stultorum.

Ebulliens, inquit, risus & cachinnatio spinis uideatur esse persimilis, quæ sub ollæ fundo strepitantes conflagrant. Primo quidem, quia sicut ille fragor ardentiū spinarum planè percipitur auditu, quanquā oculis non cernatur, ita & immodestus cachinni sonus stultos facile prodit. Tum uero, inde à spinarū globo fumus at tollitur, hic quoq; caligo quædan mētis ex huiusmodi risu cognoscitur. Ibi ollam spine succendūt, hic anima stulti risus peccati sorde nō carens, igni parat æterno. Sapientis enim uix tenui ac modesto risu uultū resoluit.

Sed & hoc uanitas, quia calūnia ue sat sapientē, & perdit cor uigoris eius.

Aliam uanitatis speciem nobis ante oculos ponit. Quem uero hic sapientem uocat? Si profectō accipientes putet, qui cum ceciderit non collidetur in tentationibus, tunc ita intellige. Insipientes corde, qui non sunt dei gratia confirmati, non solū in seipsis, sed in dei prouidentia scandalum patiuntur, ita ut calumnijs ac blasphemij abstinere nō possint, quod uel deum intueri humana non potent, uel contemptu quodam humanarū

90 OLYMP. IN ECCLESIA ST.

rerum, pati omnia temere immutari, cum saepe uideant  
impios lætis exultare successibus, contrà autem iustos  
grauius premi. Ad hoc pertinet illud, quod in psalmis

Psal. 72 cecinit David: Penè effusi sunt gressus mei, quia zelau  
super iniquos pacem peccatorū uidens. Sentiš ne quo-  
modo anim.e uires labefactus sit, et nescio quid in epitre  
uideatur? Sed quia perfectus erat sapiens ac spiritu san-  
cto plenus, statim subdidit nouissima, ad que peccato-  
res demum perueniant: Facti sunt in desolationem, su-  
bitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.  
Si uero sapientem pro eo accipias, qui nuper sacrificat  
imbutus doctrina, plane scito quod neophyti huius hæ-  
reticorum contagia & calumnia & diabolice tenta-  
tiones, & quæ modo retuli iustis impijsq; contingere,  
facile poterunt anim.e uigores infringere. Quod nisima-  
ture ad se rediens conualescat, huic quoq; uanitatis sar-  
cina insidiebit.

Melior est finis orationis quam prin-  
cipium.

Orationis, in qua agitur de uirtute, melior est finis  
principio: neq; enim solum cœpisse pulchrum est, sed  
multo magis rei cœpt.e finem imposuisse.

Melior est longanimis, eo qui spiri-  
tu est elatus.

Superius est à nobis dictum, que contraria sunt, in  
comparatione propriæ dictam uenire non posse. Non  
itaq; cōparatiue ad amissim accipienda sunt que nunc  
tradit

tradit Ecclesiastes, sed discretis rationibus ita ut se habeant reputanda. Inquit ergo sapientem ac longanimum bonum esse: illi autem, qui per superbiā spiritus leuiter effratur, deum resistere.

**Ne sis uelox in spiritu tuo irasci, quoniam ira in sinu stultorum requiescat.**

Ne sis uelox, id est, caueto ne malum iracundiae contipias habitum, ita ut transeat in affectum cordis: sed si oporteat fortasse ex enata occasione nonnihil irasci, caue inquam ne in passionem ac peccatum temere cadas. Ira enim quae culpabilis est, habitat et quiescit in stultorum mente ac capite, quod hoc loco sinum vocavit, tanquam irae sit receptaculum quoddam, sedesque.

Aliter quoque: In sinu accipies, quasi dicat, ne stultorum more acratione carentium hominum iram in sinu confoue, neque illi blandiendo indulge atque adulare, quod profecto efficiunt, qui procliuiores sunt ad ulciscendum.

**Ne dicas, quidnam factum est quod priores dies fuerunt praesentibus meliores? Non enim sapienter de hac ipsa re interrogasti.**

Quotidie sic stulti homines loqui solent. Dicunt enim, Patrum nostrorum temporibus illis priscis, loqui deus hominibus modo per angelos, modo per prophetas solebat: licebat antiquis patribus uxores multas accipere, multas dimitias possidere, quae tamen nobis euau-

92 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
gelica lex coērcuit. Sunt prieterea qui dicant, olim me  
deus auxilio sue gratiae protegebat, nunc uero me pe-  
nitus solum dereliquit, ideoq; bona operari nō possunt.  
Hec autem omnia sunt insipientiū uerba. Est & alios  
ita blasterantes audire: Tempestate nostra mundus hic  
malis hominibus est refertus: alij sunt boni dies, alij ue-  
ro mali. Cæterū qui duce uirtute suam moderatur uitā,  
de uitā in uitā transit, ac de fide in fidem proficit opera  
ribus bonis, neq; apud illum est aliqua dierum differen-  
tia: sed congruis rationibus nouit euertere, quas paulò  
ante adduximus, stultorū hominū questiones.

Bona est sapiētia cum hæreditate, &  
amplius est uidentibus solem: quoniā  
sapientia est in umbra ipsius, sicut um-  
bra argenti. Multa quoq; cognitio sa-  
piētiae uiuificabit habentem se.

Ille cui per dona spiritus datur sermo sapientie, ha-  
bet proculdubio sapientiā cum hæreditate ac portione  
sancti scilicet spiritus. Hic etiam copiam magnā habet  
cognitionis in uidendo sole hoc, quem lūminare magnū  
uocamus. Neq; enim pulchritudine attonitus illū cultus  
latrie ueneratur ut deum, neq; in sola illius admiratio  
ne spectaculoq; consistit: sed ab hac solari luce, propor-  
tione quadam ducitur ad autorem solis contemplandū,  
atq; diuina superiori luce perfunditur. Præstat enim sa-  
piētia, quæcunq; argentū præstat, siue pecunia: eripit  
à periculis, extruit ciuitates, protegit habentem. acci-  
pitur

situr enim umbra hoc loco pro ipsa protectione. Ha-  
bet autem adhuc amplius sapientia, iuificantē scilicet  
cognitionē sive scientiam, dum persuadet uisibilia cun-  
cta contemnere, solam uero suspicere uitam æternam.

Aliter. Sapientia, inquit, cum hæreditate ac sorte,  
hoc est, fides cum operibus, amplius aliquid præstat ha-  
bentibus se, quam alijs qui mortuā sine operibus fidem  
habeant. Quid autem amplius præstat? Nempe solem  
ipsum: ad solem namq; iustitiae contuendum perueniūt,  
qui uiua sunt prædicti fide. Argentum uero in scripturis  
mystico sensu pro eloquio ipso accipitur. Sicut igitur  
narratius & dilucidus sermo docet nos sapientiæ dis-  
ciplinas, sic & umbra sapientiæ, hoc est, practica uira-  
tus, quæ introductio quedam est ac ueluti umbra, per-  
ducit nos ad perfectam sapiētiā diuinarū scilicet rerū  
contemplationem & intellectum. Huiusmodi uero sa-  
pientiæ possessio, uitam nobis confert sempiternā. Per  
umbram itaq; argenti, hoc est, uerborū enunciationem  
que rerū quasi umbra quæpiam est, ad res ipsas & sci-  
entias peruenimus. Per sapientiæ uero umbram, hoc  
est, practicam uitam, quæ est ueluti prævia introductio  
ad theoreticam, peruenimus ad contemplandā diuinarū  
rerum sublimitatē. Ita uero literam compones. Sapien-  
tia est in umbra ipsius, id est, sublimis contemplatio my-  
steriorum, est in practica uita ipsius possidentis: ac per  
hoc qui prius habuerit hanc umbram, habebit & mox  
sapientiam: sicut umbra argenti scilicet se habet ad sa-

pientiae disciplinas, hoc est, sicut herba sunt præmia inducunt ad sapientiae disciplinas.

Vide opera dei, quoniam quis poterit adornare quem deus peruerterit in die prosperitatis eius:

Fuere permulti, qui uidentes enormitates rerum magna contingent in vita mortaliū, dum nolunt autorem malorum & iniustitiae deum afferere, egregie se putarent illius partes tueri posse, si in aliud blasphemie genitus ac stultitiae laberentur. Dicebant enim neque a deo mundum creatum esse, neque ulla dei prouidētia gubernari. Si enim curā gereret deus humana rū rerum, cur inquiunt, nō omnes æque diuines statuissent? Cur uic non omnibus uegetam tribuisset ac prosperam corporis sanitatem? Hanc ut radicitus tollat opinionē noster Ecclesiastes, manifeste afferit esse deum mundi autorem, nec posse quenquā corrigere quae sint præue obliquata, illo excepto: ut claudos, putas, reuocare in sanitatem, quae sunt generis eiusdem. Quod si uelis planè cognoscere omnia nobis ad utilitatē nostrā deum dispensare, adiice animū ad ea quae protinus insequuntur, uidelicet:

Viue in bono, & intuere in die mali. Intuere (inquam) hoc enim congruū. Huic fecit deus de dissertatione, ut non inueniat homo post eum quicquam.

Viue, inquit, secundū uirtutem: hoc est enim, viue in bono;

in bono: & obserua cū tibi tentationes infortuniaq; ac  
ciderint, ut uideas congrue ac opportune nec ne cuncta  
sicerit deus. Hanc uero humanorum casuum rationem  
pulchre nobis deus occuluit, quam & dissertationis no  
mine significant Ecclesiastes, quod de huiusmodi rerū  
causis soleant homines inter se multiplices dissertatio  
nes afferre. Pulchre, inquam, deus illam nobis occuluit,  
ne cognoscat homo quæ sibi sunt euentura. Congruē  
uero deus atq; apposite quod uidetur nobis malum ad  
ducit, post id, quod uisum est nobis bonū. Contraq; nō  
nunquam bona malis superinducit, ut, exempli gratia,  
bene quis ualet, & hoc fruitur bono uiuens secundum  
uirtutem, pauloq; mox in aduersam incidit ualetudinē,  
vel de opulento pauper efficitur. Et quid ita nobis hæc  
euentura non præuidemus? cūrue horum euentuū cau  
sas ignoramus? Nempe ad maiorem nostram cōmodi  
tatem. Si enim quæ uentura nobis essent homines præ  
sciremus, nullus dei nobis inesset metus, nulla religio.  
Hac autē perutili rerum ignoratione conclusi, cum ad  
singula pendeamus, & deum pio colimus metu, & co  
gnoscimus ab eo, & quidem solo, nobis malorū omniū  
finem futurū. Nullus quippe potest, illo excepto, quod  
peruersum est in hominibus emendare. Consonum est  
itaq; quod esse uidetur dissonū: & æquale est quod in  
æquale uidetur. Vnde omnes eodem pacto communiq;  
futurorum ignoratione commouentur ad timorem dei.  
Protinus uero subsequitur:

**Omnia** uidi in diebus uanitatis meæ.

Hæc, inquit, ut sapiens considerauit in diebus uanitatis. Vocat autem uanitatis dies præsentē uitam: primo quidem, quia uiuentes homines plerique quod fas piusque est, minus sequuntur: tum uero etiam, quia fugit uelut umbra, neque consistit. Eapropter futuræ uitæ desiderio nos extimulans, inquit:

**Noli** esse iustus multū, neque nimium sapias, ne obstupecas: noli esse multū impius, neque sis durus, ne moriaris in tempore non tuo.

Cum uirtus ipsa in mediocri quadam norma constat, uitia utringue assident per exuberantiam & defectum. Inquit ergo, Ne sis multū iustus, hoc est, ne exuberantia odio uitorum, omnem abiicias erga delinquentes benevolentiam, tanquam rigidus & inhumanus: sed neque sis nimium sapiens, aut plura quam sit opus querito, ne quando obstupecas. Nimia sunt ac plura necessarijs, que cunque sunt extra limites sacræ doctrine. Inquit ergo: Quaecunq; nostram ad utilitatem diuinus sermo nobis uoluit esse occulta, ne solliciti simus ea inquirendo. Hæc enim perscrutari, stupor est quidam ac phrenetice mentis uitium. Sed neque circa dogmata opinionesque sectarum multum cōmorando sis impius ac superstiosus: studeo autem queritare quod uerum est, curatoque ut salubri pœnitentia tua deleantur peccata. Nolique esse durus, hoc est, qui emolliri nesciat, quique aduersetur spiritus sancti

sancti doctrinæ. Subinde autem generali quadam comprobacione concludit: Ne moriaris tempore non tuo. Importuno tempore ac non suo decedit è uita, qui consummatus non fuerit in uirtutibus, sed qui in peccatis moritur quibus conuixit. Qui uero est uirtutū plenitudinem consequutus, sicut granum frumenti quod matutum est, cedit in tempore suo.

**Bonum est te hoc tibi asciscere, hoc autem ne pollueris manū tuam: quoniā qui deum timet egredietur omnia.**

Cum proxime de uitio præceperit ac uirtute, nunc opposite subinfert, quod bonum est hoc sibi, id est, uirtutem cōparare: bonum quoq; suas actiones, quas hoc loco manus uocauit, impollutas uitij contagione seruare. Tum uero & de timore domini sancto, qui nos sanctificat, facit mentionem cum dicit: Deum timens omnia egredietur. Cum enim suas orationis actiones ex uirtute moderetur, & profectibus assiduis augeatur, euadet Ihesus omnia temptationum certamina.

**Sapientia auxiliabitur sapiēti, super decem qui potestatē habent in ciuitate. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & qui non peccet.**

Dominus noster Iesus Christus, qui est ipsa sapientia, ei qui in se crediderit, iam per fidei lumen sapienti effecto, auxiliatur multo ualidius quam decem præcepta legis, que in ciuitate Iudeorū potentiam & autos

98 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
ritatem magnam habent. Ut enim quis decem seruaret  
præcepta legis, non tamen erat quin ex mortali fragi-  
litate in peccatum aliquod laberetur. Ipsa præterea lex  
nullum iustificabat: noster uero dominus Iesus Christus  
sapietia nobis fuit, iustitia, sanctificatio, & redemptio.

Aliter. Ipse homo parvus est mundus, sed hoc loco  
ciuitas nominatur, quinque sensus habens in corpore,  
quinq; in anima. Si itaq; putet homo, posse sibi ipsi satis-  
auxiliari per decem sensuum, qui sibi sunt insiti, facul-  
tatem, nisi recipit publicæ sue curam gesserit dei sapientia  
Christus noster, frustra se sciat omnem operam desima-  
pturum: homo enim cum sit ex peccati carne progeni-  
tus, non peccare non poterit.

Cunctis sermonibus quos impij lo-  
quentur ne adhibeas cor tuū, ne etiam  
tu audias seruū tuum imprecariē tibi.  
Sæpe enim tibi iniquus erit, & descen-  
sibus quamplurimis affliget cor tuum,  
sicut & tu alijs imprecatus es.

Hoc loco nos admonet Ecclesiastes iniuriarū penit-  
tus obliuisci, nomine impiorū conuiciatores & iniurios  
peccatoresq; demum omnes significans. Tum generali  
quadā cōprobatione concludens, non oportere, inquit,  
aurem accōmodari cōtumelijs ac maledictis, ne si tuus  
quidē seruus tibi mali quid impreceatur, ita ut plerung;  
serui faciūt, ira succensas: credibile est enim uehemens  
ter illū tibi ac sæpe insidiari. Hoc enim significat quod  
dicit,

dicit, Et descensibus quamplurimis affliget cor tuum. Aut aliter ita intellige. Conuicium persepe cum audiatur, anima turbat. Si igitur quassiam in quemlibet sibi conuicantem ira succendatur, in multos cadit labiturque descensus, à sublimi sede rationis detractus in iracundie passionē, atque ita tristis turbulentia implet cor suum. Cogita autem quod & tu frequenter alijs conuiciatus fueris & imprecatus, atque ideo in melius respiscens, inducere maledictorū omnium & iniuriarū obliuionem.

Hæc omnia tentauit in sapientia. Dixi  
sapiens efficiar, & ipsa procul elongata  
est a me multo magis quam erat. Et alta  
profunditas, quis inueniet eam?

Cum spiritualiū rerum & sensibilium cognitionem  
attigisset Ecclesiastes, & ex parte aliqua sapientiae ma-  
gna mysteria prospexit, contemplatus illius paten-  
tissimū pelagus, quod quanto ulterius quis processerit,  
tanto illi maiora spacia relinquuntur, in cuiusmodi uoces  
erupit. Quod & multo post uidemus apostolo Paulo  
contigisse, cum ex admiratione proclamat: O altitudo Rom. 11.  
diuitiarū scientie & sapientie dei, quam inscrutabilia  
sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius.

Circuiui ego & cor meum, ut cognoscerem & considerarem & quererem sa-  
pientiam, & rationem ut cognoscerem  
impietatem stulti, & turbulentiam, &

100 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
errorem: & inuenio amariorē morte  
ipsam mulierem, quae laqueus est uena  
torius, & sagena cor ipsius. Bonum est  
uinculū ad manus ipsius. Qui est in con  
spectu dei, educetur ab ea, qui autē pec  
cator est, cōprehendetur in ipsa.

Vir sapiens cum ad intelligendum aliquid uires in  
tendit, collecta mente omnia in circuitu rationibus hu  
strat, se seipsum suasq; facultates speculatur atq; perpen  
dit. Tum & obiectam rem, materiamq; intelligendam  
optime consultit, neq; prauo animi iudicio à ueritate ab  
errat. Neq; item recta linea fertur ad sensibilia prospes  
etanda: sed clausis sensuum fenestrīs, ac recedens in sue  
mentis penetralia deambulat in circuitu: ibi arcano rea  
flexu in se rediens intellectus, se speculatur ipsam, &  
quod intelligendū obicitur. Hoc itaq; pacto colligens  
me ipsum, inquit Ecclesiastes, quæ sui scire quænam es  
set mundanarū rerum sapientia, & eiusdem ratio: sue  
illam intelligat rationem quæ positis calculis numerisq;  
subducitur, ut in arithmeticā sit facultate: siue potius  
numeros genethliacis obseruatiōibus seruentes: aut sim  
pliciter rationes omnes, quæ per numeros colliguntur  
à studiosis secularibus, gentilibusq; philosophis. Quæ  
sui ergo scire quænam hæc sit multorū sophistarū stu  
ditia & turbatio, & inconstans error, mentisq; circūs  
ductio, & inueni demum hanc ipsorū sapientiam per si  
milem esse adultere mulieri. Sicut enim illa blandis ser  
monibus

monibus ac dolosis iuuenes lactat, ita & hæc stultos ue  
natur irretitos syllogismorū laqueis & sagenis. Ac si  
cut illa molli cōrectatione animam frangit, fractamq;  
deuincit, ita hæc mala eadem adducit titillanti oratio-  
nis concentu. Peccator itaq; sine ulla controuersia atq;  
præsidio facile in illius captiuitatem protrahitur: pius  
vero ac fidelis auxilio dei suffultus, ab illius extrahitur  
laqueis. Afferit autē uel morte peiorem esse huiusmodi  
sapientiam, siue potius stultitiam dici oporteat: tantoq;  
nostræ animæ d. amnosiorē esse, quanto peius est morte  
animā tradere (quod hæc præstat sapientia) quam ean-  
dem animā nexu corporis expedire, quod temporarie  
mortis est munus.

Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes.  
Singillatim inspexi ut inuenirem ratio-  
nem, quam querebat & expectabat in-  
uenire anima mea, nec tamen inueni.  
Virum de mille unum inueni, & mulie-  
rem in his omnibus non inueni. Verū  
tamen hoc inueni, quod fecerit deus ho-  
minem prorsus rectum, ipsi uero sibi  
homines questiones multiplices, ratio-  
nesq; compararint.

Totus hic locus sensu mystico ac morali exponen-  
dus est, ita uidelicet. Cum inspicerem, inquit, uniuer-  
sum genus muliebre, non sexu quidem corporeo, sed  
energi ac effeminato ingenio muliebre, in nulla mulie-

102 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
rum rationem inueni, quam quærebatur anima mea, for-  
tem scilicet uirilemque rationem: huiusmodi namque ratio-  
nem sapiens exigit ac requirit. Neque uero solum hoc  
mihi accidit in ijs qui mollitie encruati, à uiris ad fe-  
minas descivierunt: sed quod grauius multo est, cum ad  
illos quoque inspiciēdos me transfluisse, qui putabātur  
mulieres non esse, perquam rarum in his quoque inueni,  
qui uirili ingenio ac uirtute uerus esset uir, dicique merea-  
re tur. Ex admiratione itaque cum mecum tacitus repu-  
tare cœpisssem, unde nam hæc enormitas orta esset, in-  
ueni demū quod deus omnes homines rectos protulerit,  
carentesque prauitate, ipsi uero sua electione, in obliquas  
uiuendi rationes commigrarint, dissectique sint: ut aliis  
quidē libidinibus, aliis auaritiæ seruiat, alijs paſſionibus  
alijs sint subiecti.

## CAPVT VIII

**V**IS nouit sapientes & quis  
nouit uerbi solutionem? Sa-  
pientia hominis illuminabit  
faciem eius, & impudēs uul-  
tu suo punietur.

*Qui uere sapiens ipse non fuerit, neque discretionis  
donum fuerit dei beneficio consequitus, non facile sa-  
pientem uerum discernet ab eo qui uideatur sapiens &  
non sit. Ille autem quem deus discretionis dono dignatus  
fui, noscit plane quid inter uerum sapientem, existima-  
tumque*

hancq; interfit: hic etiam potest soluere quæstiones, ac sermonū uertices explicare: hic profecto habet animæ sue faciem luce magna conspicuā, iubare scilicet diuinæ sapientiæ illustratam. Qui uero nequaquā sapiens fuerit, effreno tamen uultu impudentiā præ se tulerit, hoc est, qui contentiosis sermonibus captiunculisq; sophistis sese efferat, redargutus impudetiæ pœnas data bit, odioq; habebitur.

**O**s regis custodi, & de uerbo iuramenti dei ne studeas à facie eius ambulare.

Bonum quidem censem homini, ut terreno regi ac mortali pareat subiectusq; sit. Bonum uero eidem est, si os regis omnium dei seruarit & custodierit, sicut & scriptura nobis custodire præcipiunt. Est autem os regis dei custodire, diuina mysteria silentio occultare, neq; indigneis ac prophanis auditoribus explicare. Bonum quoq; est homini præcepta legis, quæ suo deus ore pronunciauit, fidelius obseruare. Bonum item est cauere ne iurando per deum, sacrosanctū illius nomen temere ac leuisiter usurpemus: néue etiam studeamus extra faciem dei ambulare, sed omnia nostra opera sic peragamus, ut deum uere amur tanquam præsentem iudicem & inspeclorem. Aliter quoq; ita uerba hæc punctis dislingues, uidelicet: Et de uerbo iuramenti dei nequaq; studueris & festinaueris, hoc est, iuramenta ne frequenter ac temere usurpato, sed à facie ipsius scilicet iuramenti ambulato,

204 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
hoc est, absiste longius ac discede, neq; omnino sustine,  
ut iuramentum in os tuum admittas.

Nec cōsistas in sermone malo, quia  
omne quod uoluerit faciet. Tanquam  
rex potestate habens loquitur, & quis  
nam illi dicet, quid fecisti?

Simpliciter ac absolute bonum est, nullo mali gene  
re animam occupare, neq; consistere in ijs, que quouis  
modo male loquuti sumus aut opinati: quia tamen sub  
sequentia uerba de præceptis, ut uidere mox poteris,  
mentionem faciunt, ita intelliges que modo exponens  
da proposui, uidelicet, cum ille præceptorū legem tulē  
rit, qui est omnium rex et dominus, autoritatem habens,  
neq; propterea liceat cuiquam intercedere ac relucta  
ri. Ne quæso ut per uicax contrariam tullegem præce  
ptis feras, rationem curiosus perscrutando, quare hoc  
potius quam illud præcepit obseruādum. Qui enim  
sic loquutus fuerit, malignitatis crimine non carebit.  
Tu uero stans in timore & fide, cura ut quæ præcepta  
tibi sunt exequaris.

Qui custodiet præceptū, nesciet uer  
bum malum. Et tempus iudicij cognos  
cit cor sapientis, quoniam omni nego  
cio est opportunitas temporis & iudiciū.

Qui custodierit, inquit, dei præceptum, nesciet uer  
bum malum, hoc est, opus malum non faciet. Est enim  
duplex cognitio: altera quidem generica, in pura men  
tis

lis intelligentia et notitia: altera uero quæ in actionem  
 prodit atq; emergit, iuxta quod scriptū est: Cognouit Gen. 4  
 Adam Euam uxorem suam: non quod prius illam ne-  
 sciret, sed cum ad illius carnalem copulam accessisset,  
 tunc illā dicitur exteriore quadā actionis notitia cognos-  
 se. Qui ergo secundum hanc agendi cognitionem,  
 Precepta custodit, ignorat proculdubio malum, quia  
 illud non operatur. Cæterum secundum priorem sim-  
 plicem ac latentem in intellectu cognitionem, qui no-  
 nit bonum, nouit protinus & quid sit malum: contraq;  
 bonū nouit, qui non ignarus fuerit mali (contrariorum  
 enim eadem est cognitio) nō usu quidem, sed sciendi uia  
 ac facultate. Inquit ergo: Cum sapiens uir omnia suo  
 tempore ac discrete faciat, in iudicioq; disponat, nouit  
 affuturū uniuersalis iudicij tempus, in quo deus iudex  
 iustas iusticias iudicabit, unicuiq; reddēs pro dignitate.

**Quoniā scientia hominis multa est**  
 super eum: quia non est qui futurū co-  
 gnoscat. **Quo enim pacto futurum sit,**  
 quis renunciabit ei?

Immensa cum sit ipsa scientia, premit hominē atq;  
 obruit. Si enim uoluerit omnia scire, uasta mole irruens  
 super eum, angit eius mentem ac suffocat. Sunt tamen  
 quedam necessaria ad salutem, à quorum cognitione  
 homo nequaquam repellitur: utputa hominem esse ani-  
 mal rationale, mortale, cuius anima sit immortalis: esse  
 bonis malisq; paratas repensiones, & quæ demum ad

106 OLYMP. IN ECCLESIAST.

eruditio[n]e fidei spectant. Prætere a uero creatum suis  
hominem ad imaginem dei, suiq[ue] officij esse puram &  
innoculatam imaginem cōseruare. Que autem post  
ipsum futura sint, solum scire deum, & eos duntaxat  
quibus idem deus uoluerit nota facere. Quia uero Ecclesias[tes]  
hoc loco ultimi iudicij potissimum mentionem  
facit, ita hæc omnia ad intellectu[m] iudicij accommodabis.  
Multa est scientia & immensa de rationibus sermonis  
busq[ue] iudicij, neq[ue] est qui homini certas unquam iudicij  
rationes renunciarit, hoc est, quo tempore, aut ubi loz  
corum iudicium sit futurum, uel quo pacto deus unius  
cuiusq[ue] uitam moresq[ue] disquiret, aut quomodo qui hora  
undecima in uineam uenerunt, precium primi retribu-  
tionis accipient, aut quo dei iudicio sibi approbantur  
boni, quos ipsi fortasse malos esse censuimus: contraria uero  
damnable[rum] deo sunt, qui nobis esse probi uidebatur.  
Itaque propter hæc omnia, noli esse sollicitus ac sapere  
plus quam oporteat, ne obstupescas, ut superius idem  
Ecclesiastes te monuit.

Non est homo qui potestatē habeat  
in spiritu, ut prohibere spiritum peni-  
tus possit: necq[ue] est qui potestatē habeat  
in die mortis.

Spiritus significatio late patet. Nam & ipsa anima  
spiritus nuncupatur: ipse quoque uentus & aëris quem  
respiramus: & donum sancti spiritus hac appellatione  
significatur. Itaque secundum prædicta omnia signifi-  
cata,

tata, nullus sane est, qui potestatem habeat super spiritum, solo deo excepto. Neque enim animare corpus, aut anima cassum reddere, neque uentum impellere, ut Nostrum puta uel Aquilonem, neque infundere charissima spiritus, aut reuocare, neque item aërem uitare, temperatum uel efficere, alterius est cuiusquam quam solius dei.

Non est itaq; potestatem habens in spiritu, ut illum prohibere possit, necq; est potestatē habens in die mortis. Non est emissio uel nauigatio in die belli.

Verba hæc literaliter intellecta hæc sonant. Bello ciuitatem ac prouinciam occupante, non est cōmodum neq; tutum classes educere ac nauigare ad negotia exterma. Mystico autem intellectu sic accipe. Quem deus iussit mori in bello, non est qui extinctum emitat seu reuocet in hanc uitam. Aliter. Quando in iudicio quis incœperit conscientiæ scelerum suorum bella sentire, nequaquam poterit huiusmodi preces effundere: Mitte me domine in uitam ut pœnitentiam subeam peccatorū meorum. Sed neq; qui in articulo mortis animam agit, potest precari, Da mihi quæso domine ut pœnitentie causa modicum quid adhuc uiuam. Nullus est itaq; potestatem hanc habens in die mortis.

Neque impietas saluum faciet sibi subiectum.

Cum itaq; non sit qui in die mortis potestatem h<sup>ab</sup>eat, neq; sit in die belli tuta navigatio uel emissio, imp<sup>er</sup>ietatem summo studio euitemus.

**Et omnia uidi ego.**

H<sup>a</sup>ec se omnia uidisse affirmat Ecclesiastes, & cognouisse, ut tanquam conscio rerum omnium atq; experto, fidem dociles habeamus.

**Et dedi mentē meam in omne opus quod factū est sub sole, ut uiderē quācunque potenter operatus est homo in hominem, ut ipsum damno molestiaq; afficeret. Et tunc uidi impios in sepulchra inductos, etiam de loco sancto.**

Attente, inquit, applicui mentē meān, ut uiderem opera hominū, & quām multiplici ratione homo homini d<sup>am</sup>nūm inferat: quia uero persæpe homines scandalizantur, & iniquā rem putant eosdem esse impios, qui & potentes fortunatiq; sint, ideo profundius, inquit super hac re contemplatus sum, & uidi demum postremam impiorum ruinam, cum scilicet non tantum corpore, sed anima moriantur. Quod enim ait hoc loco, in sepulchra inductos, in supplicia & tormenta intelligit. Eis uero qui in sepulchra h<sup>e</sup>c inducantur, nihil potestia profuit, nihil quod habiti olim iusti sancti q; fuerint, nihil quod in templo dei sacra ministeria muneraq; obseruerint. Docet itaq; nos Ecclesiastes nequaq; scandalizari, propterea quod in hominū uita enormem statuit disidentiam

diffidentiam conditionumq; cernamus: cum contrà potius spectare debeamus ad eam quae in futuro seculo est retributionem.

Et processerūt & laudati sunt in ciuitate, quod ita effecissent.

Qui videbantur, inquit, esse pīj ac sancti, cum tam in impietate sua ambularent atq; procederent, nihilominus laudem ab hominibus retulerūt, uel ignorantibus illorū impietatem, uel eisdem callide adulantibus. Nihil uero illis profuit aut simulatæ species pietatis, aut adulantiū laus. In uanitatem namq; abiit hoc totum negotium, quandoquidem in sepulchra miseri corruerūt. Quod autē ait, Et hoc etiam uanitas, posset à superioribus distingui sententijs, Et ad insequentes apte uersus transmitti, ut ita uidelicet legatur:

Ethoc etiam uanitas. Quia enim nō est contradic̄io facientibus malum citò, propterea impletum est cor filiorū hominū in ipsis ut faciant malum.

Hoc est, inquit, quod uanitatem auxit & confirmavit, quia non sunt qui contradicant facientibus malum citò, neq; qui eos coarguant, ut citò hic ad contradicentes refratur, significetq; sedulò ac uehementer contradicant, acriq; reprehensione cōpescant. Vel illud, citò, ad operantes malum referto, quasi uelociter ac studiose peccantes. Inquit ergo: Quia mali non arguuntur, sed potius laudibus & plausu efferruntur, idcirco impletum

est, & in malo habitu stabilitum cor filiorum hominū, ut studeant operari mala. Apposite autem dixit filiorū hominū, filij enim dei mala non operantur.

**Qui peccauit, operatus est malum ex tunc, & à iuuentute sua.**

Peccatum dolo ac fraude mala diaboli inuenitum est in orbem terrarum, capropter orationem dominicam concludimus orantes, sed libera nos à malo, hoc est, à diabolo. Qui ergo peccat, diaboli iussum exequitur & uoluntate. Diabolus autem ex tunc, et à iuuentute sua, hoc est, ab initio, dux fuit & autor peccati. Aliter. Non est, inquit, recens peccatum, sed peruetus. Hinc est quod & Noë dicentem deum audiuit, cōsedisse iam & confirmatam fuisse hominum mentem, ut seduli essent in peccatis, ac uehementer operarentur malum. Iuuentutem autem hoc loco intellige, non quo ad etas tem, sed similitudine quadam, quo ad temerarios mores, & ritu iuuenum à rationis semita leuiter aberrantes: quos mores dici possunt habere diaboli, autores peccati, & qui uestigia illorum sectantur scelesti, peccatoresq; homines. Aliter. Qui habitum peccati iam contraxit, & iam proposuit in mente sua peccare, ex tunc peccare iam incipit, ex quo uoluntatis assensum prebuit, tametsi deinde multò post propositum illud in actum producat, aut etiam non producat quod cogitat, retardatus fortasse non electione immutati consilij, sed aliquo intercedente impedimentoo. Aliter. Qui

peccat

peccat malumq; operatur, et si nobis solummodo inno-  
scat cum flagitium patrat, tamen apud latens præ-  
scientie diuine iudicium, iampridem multoq; antequā  
nobis peccator appareret, reus esse cognoscetur.

Et hoc ego noui, quod erit bonum  
timentibus deum, quomodo cuncti ti-  
meant à facie eius: & bonum non erit  
impio, & non prolongabit dies in um-  
bra, qui non timeat à facie dei.

Postquam satis coarguit uanitatem mundi huius,  
sanctum domini timorem ecclesiasticæ concioni cona-  
tur inserere. Cum enim p[ro]i uiuant in conspectu dei, ca-  
reantq; sibi in omni sua actione & cogitatu, tanquam  
deo iudice cuncta cernente, omnium bonorum operum  
& conceptuum deus illis causa existit: contrà uero, ipse  
impio nullum est bonum. Quod autem ait, non prolon-  
gabit diem in umbra, ita intellige: peccator diu non erit  
in uita, quoniā uidelicet totum tempus uitæ suæ quan-  
tumvis longum sit, non reputauit esse umbram, sed so-  
licito studio sibi comparare studuit quæ fluxa & tem-  
poraria sunt, tanquā essent perpetuò duratura. Vel  
aliter ita intellige. Quanquā peccator in præsentii uita  
per patientiam dei protegi quodammodo defendiq; uia  
deatur potius quam puniri, paulò tamen post, æternis  
supplicijs transmittetur.

Est uanitas quæ facta est super terrā.  
Sunt iusti, quoniā peruenit ad eos tan-

112 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
quam opus iniustorum, & sunt iniusti,  
quoniam peruenit ad eos tanquam opus  
iustorum. Hoc etiam dixi quod est uanitas.

Nunc Ecclesiastes personam eius inducit, qui est scan-  
dalo labitur in errorem, aitque: Vidi iustos in hac uita ab  
ipsis malis correptos, quem potius impiis debebantur, ut  
puta aegritudine, paupertate, uel alio difficulti casu ad-  
ueniente. Contraquam, inquit, uidi quempius deberentur,  
ad impios peruenisse: idcirco talis insipiens tanquam con-  
temptor factus diuine prouidentiae: Et hoc, inquit, uan-  
itas est. Sapiens autem uir euentus rerum prospiciens,  
& quem singulis pro dignitate retribuatur, planè nouit  
atque intelligit deum nequam casu haec permettere euca-  
nire: sed ut iusti maiori præmio coronentur, impij uero  
grauiore poena torqueantur. Notanier autem hic quo-  
que uanitatem supra terram uidisse se ait: in cœlo siqui-  
dem nihil est uani.

Et laudaui cum lætitia, quod non est  
bonum homini sub sole præterquam quod  
comedat, & bibat, & lætetur: & hoc ip-  
sum aderit sibi in labore ipsius omnibus  
diebus uitæ suæ, quæ sibi dedit deus sub  
sole. In quibus dedi cor meum, ut cognos-  
cerem sapientiam, & uiderem occupa-  
tionem quam facta est super terram: quo-  
niam die ac nocte non est qui uideat so-  
mnum oculis suis.

Si adhuc

Si adhuc uoluptuariā personā loqui existimes, hæc  
in uoluptate ac usu sensibiliū rerum gaudium hominis  
repositum dicit, atque metitur. Sin uero quis loquen-  
tem sibi proponat audire Ecclesiasten, statim percipiet  
quis sit uerus cibus ac potus, cum fideles christiani iam  
in presenti uita arrabonē spiritus acceperimus. Quod  
autem ait, Dedi cor meum ut cognoscerem sapiētiam:  
noster Ecclesiastes acutissimo sue mentis oculo contem-  
platus, intellexit ac uidit nullum hominū uacuum esse  
occupatione atque solicitudine, nullumq; demum esse,  
qui somnum, hoc est, quietem uideat: sed ipsorum alij  
quidem officiose circa res diuinās occupati uersantur,  
alij uero inutiliter ac reprehensione dignissimi, circa pe-  
nitutas res student. Et iustus quidem hoc pacto non dat  
somnum oculis suis, neq; palpebris suis dormitionē,  
sed uigilat: quoniam sibi nox processit, dies autem ap-  
propinquauit. Vigilat ergo, neq; cadit in caliginē igno-  
rantiae, neq; per diem, hoc est tempus prosperitatis, ne-  
que per noctem, hoc est tempus temptationis. In iustus au-  
tem in perpetua iniquitate in sequentē dici noctem con-  
iungens, dulcem oculis somnum non capit, uel assiduc  
cogitans quonam pacto consequatur quæ concupiscit,  
uel timens ne amittat quæ possidet.

Et uidi omnia opera dei, quoniā non  
poterit homo inuenire opus quod fa-  
ctum est sub sole, quantūcunq; labora-  
uerit homo ut quærat, & non inueniet.

114 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
Et quæcunq; dixerit sapiens se cognoscere, non poterit tamen inuenire.

Recondita illa dei cognitio, per quā facta sunt omnia, soli deo est nota. Nos autem mortales quicquid uel scribimus, uel loquimur, uel de his rebus intelligere nos arbitramur, ex parte cognoscimus, participatione quodam sue gratiæ illustrati. Nullus itaq; neque sectularis scientiæ, neq; diuinæ sapientiæ, uel mediocriter consultus, uel, quantū homini licet, perfecte eruditus, poterit omnium rerum certam habere cognitionem. Neq; enim scire poterit substantias rerum, neque mensuram coeli, terræ, ac maris: aut quomodo hæc ipsa concreta coæluerint, quibus ueadministriculis innixa cōsistant. Quod si forte quisquam sapiens uideatur probabiles rationes afferre, ipsam tamen iniitim ueritatem inuenire prorsus non poterit.

## CAPVT IX



M N I A hæc transmisi in cor meum, & cor meum omnia hæc uidit, quod sint iusti atq; iniusti, & opera ipsorum in manu dei.

Dixit superius quarū rerum cognitio sit abstrusa, ut nos auerteret ab inutili ac uana perquirēdis sollicitudine. Nunc autē proponit, qua in re satisfacere sibi possit sapientis intuitus et cognitio: quod uidelicet iusti sapientia

tes

lesq; homines, unà cum operibus suis sub umbra dei &  
protectiōe sue dextræ conquiscāt. Neq; enim permit-  
tit deus illos impetentiū viribus devastari. Probi namq;  
homines & officiosa opera protegūtur à deo: at uero  
de impijs scriptū est: Et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Psal. 87

Dilectionē & odium non est homo  
qui sciat: omnia ante faciem eius, uanitas  
in omnibus.

Symmachus pro eo quod nos attulimus, uanitas in  
omnibus, ita exposuit: Omnia incerta sunt in conspectu  
ipſorū: hoc est, nescit homo si quem nūc maxime odit,  
mutatis uicibus amicum & beneficium sit experturus:  
contraq; an timendū sibi quandoq; sit ab eo, quem nūc  
amore prosequitur. Altiori autem intellectu: Qui  
ad huc sapit quae hominis sunt, neque plane deo se tra-  
didit, nescit discreto iudicio quae dilectione sunt digna,  
quae odio. Ardua enim uirtus atque difficilis, amore est  
digna: odio autem prosequenda uoluptas, quae de sensi-  
bilibus prouenit. Homo autem qui peruerse aberrat in  
intellectu rerum, facile sibi omnia quae uana sunt, ante  
oculos ut bona proponit: deq; ijs iudicat non ut ueritas  
habet, sed ut uoluptas subdola subministrat.

Euentus unus iusto & impio, bono  
& malo, mundo & immūdo, sacrifican-  
ti & non sacrificanti: sicut bonus, sic &  
peccator, sicut iurans, sic qui iuriū andū  
timet. Hoc malum est inter omnia quae

116 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
sunt sub sole, quod uidelicet idem cum  
Etis sit euentus.

Sæpe superius ostensum est, quod quæ media sunt,  
susq; deg; habenda, per se nec bona nec mala, ut agricul-  
tudo, ut sanitas, ut diuitiae, ut paupertas, & quæ genes-  
ris sunt eiusdem, iustis ac peccatoribus communia sunt  
atque æque contingunt, quatenus scilicet hi quoq; animis  
malia sunt morti subiecta. Quatenus autem rationales  
sunt, plurimū sane inter se se differunt: quandoquidem  
libera electione consiliij, alteri quidem quod pium fasq;  
est operantur, alteri uero ad impietatem feruntur. Ad-  
uertere autem quod iurantem posuerit inter peccatores.  
Quod autē malum uocarit cōmunionem illam, aequa-  
litatemq; euentū, ita intelligendum est, ut hæc uerba  
profrantur e persona præiudicata de rebus ipsis iudicante:  
cum propter æquales cōmunesq; casus, nihil opinetur  
ab impiis iustum differre. Pariter enim uterque labores  
perpetitur, donec est sub sole: cæterum post huius uitæ  
curriculum, unicuiq; redditur pro dignitate.

Ipsum quoq; cor filiorū hominis im-  
pletum est malicia, & circuitus in corde  
ipsorū, et posteriora ipsius ad moriuos.  
Quoniam quis communicat ad omnes  
uiuentes?

Cor filiorum hominis impletum est malicia, huic  
illuc in circuitu ambulant, neque desistunt unquam hos  
mines fatigari, donec ipsi quoq; ad mortuos deueniant:  
nullus

nullus est enim qui perpetuā & indeciduā habere posse cum uiuentibus societatem. Sed & ipsum, quicunq; idem sit omnibus, finis excipiet. Aliter. Filij hominis, hoc est, gregarij ac vulgares, uidentes communimadā sorte iustos iniustosq; uexari, impletur iniquitate atq; malicia, & ipsorum mens in flagitiosis laboribus circūfertur, donec prauis operibus mortui, mereantur inter uita iam functos adnumerari, cum nullam habent societatem cum ijs qui uiixerunt secundum uirtutē, qui nūc proprie ac uere uiuere dicendi sunt, propterea quod ad repositam sibi eternam uitam peruenierunt.

**Est spes, quoniā melior est canis uiuens leone mortuo.**

Mendicus qui uiuit secundum deum meliorem habet spem, quam proterius & arrogans, qui in peccato suo mortuus est. Aliter. Populus gentilis ueluti canis immundus, cum per fidem in ecclesiam uenerit, iam regeneratus in domino, meliorem spem habet quam regius ille populus Iudeorum.

**Vixi norunt se morituros esse, mori uero penitus nihil cognoscunt.**

Illi quorū intellectus humore uiido irrigatur, cunctū secum reputant temporariū uitæ huius curriculū, officiose uiuunt, confirmati spe uitæ eternæ. Qui uero in peccato mortui sunt, ignorantie nebula occupati, uiuunt sine ratione pecorum more.

**Nec est amplius illis precium, quo-**

118 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
niām desīt memoria ipsorum.

Quid enim precij sit peccatoribus, quorū ne memini-  
nisse quidē dicitur deus? Nouit enim dominus eos solos,  
quis iſunt. Hoc uero ad Iudaicū populū referendū est.

Amor quoque ipsorum & odium &  
zelus iam perierunt.

Qui in peccatis mortui sunt, quorū est populū Iude-  
orū, neq; charitatem erga deum habent, neq; odium  
erga iniquitatem: neq; possunt dicere iuxta illud Phia-  
nees: Zelans zelauī super dominum.

Numer. 25 Neque habent partes in seculum, in  
omni opere quod sub sole est.

Iudeorū populus terram promissionis, que sibi for-  
te obtigit, amiserunt. Ciuitatem quoque Hierusalem ac  
sacerdotij dignitatem: ita ut neq; in præsentii uita par-  
tem suam habeant super terram.

Vade ergo & comedē in lētitia panē  
tuū, & bibe in corde bono uinū tuū,  
quoniā approbauit deus opera tua.

Literali sensu, in lētitia & corde bono uti quis dis-  
citur bonis sibi à deo concessis, cum modeſte uititur &  
ad naturæ necessitates: hic est enim proprius usus ratio-  
nalis creaturæ: capropter inquit, panem tuū. Nam qui  
inexhausta cupidine gulæ uentriq; deseruit, pecorum  
ultam potius conſectantur. Mystico autē sensu, pa-  
nis & uinum rationalis creature sunt ipſe uirtutes, ex  
quibus animq; nutriuntur. Aliter. Verbum caro fia-

Chura

Hum homines cohortatur, ad mysticā sui corporis participationē, cum propter nostram salutem carnem assūperit. Approbat ergo hoc fieri, congaudet mystis, ritibusq; ecclesiæ.

In omni tempore candida sint uestimenta tua.

Hoc est, actiones & opera quæ virtutis normam sequuntur, necnō tradita nobis indumenta per lauaci regenerationē, quæ proculdubio candida asseruātur per omne tēpus quo à peccatorū sordibus abstinemus. Cattida quoq; habere dicitur uestimenta, qui lauat per singulas noctes lectum suū, & lachrymis suis stratū suum rigat, ita sordes peccatorū per poenitentiā tergens.

Et oleum tuo in capite non deficiat.

Literali sensu, mites ac perhumanos uult esse eos, qui uirtutes exercent, ne scilicet extenuent ac decolorēt facies suas ficta hypocrisis austerritate. Mystico autem intellectu, oleum duo hæc præstat, ut lumen scilicet tueatur, & defessa membra cōfirmet. Vtrāq; uero hæc assert unctio sancti spiritus, mentem namq; fidelium illuminat, & in solida tranquillitate cōstituit. Hanc uerounctionē proculdubio habebimus, nisi ipsi sancto spiritui molesti, ingratīq; resistamus. Aliter. Nostrū caput Christus nuncupatur in scripturis sanctis, qui sibi ipsi collatas accepturus est quascunq; pauperibus elemosynas conferemus. Ne itaq; desistamus caput hoc nostrum perungere oleo misericordiae, hoc est, Christi pau-

Vitam cognosce cum uxore quam dilexisti omnibus diebus uitæ uanitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole, omnibus diebus uanitatis tuæ: quoniam hoc pars tua in vita tua & in labore tuo, quo tu laboras sub sole.

Verba hæc si absolute accipias, ita mystice intellige. Cum uxore dilecta, hoc est, Ecclesia, que sponsa est Christi: in hac siquidem inuenitur uita æterna. Quod si ad uxorem mariti cuiusque referas, tunc literalis sensus admonebit, ut iuxta monogamiæ legem, uxore una contenti simus. Coniugalis namq; castitas & obseruantia, ipsa quoq; nobis est æternæ uitæ cœiliatrix. Vitanigitur cognosce, & uide cum uxore quā dilexisti. quasi dicat: Cave ne ab uxore tua decipiaris, sicut est Adam deceptus ab Eva uxore. Tu uero cōtrà stude, ut mutue societatis debiliorem partem, hoc est mulierem, in melius ipse conuertas, ad æternæ uitæ cognitionē. Mystico autem sensu, sapientia uxor nostra dicitur, cui si coniuimus, æterna proculdubio uita perfruimur.

Quæcunq; inuenierit manus tua ut faciat, quantū patitur facultas tua operare: quoniā neq; opus, neq; ratio, neq; cognitio, neque sapientia est in inferno quō tu perrecturus es.

Hortatius

Hortatur nos ut omni contentione ac studio practicas aggrediamur uirtutes, non tamen supra facultatem elaborantes. Qui enim quod potest in his exercet, secundum congruam cognitionem uiuit, et dignus inuenitur scientiae dono ac sapientiae, quantu[m] permittat deus, neq[ue] ad illius utilitate[re] impariatur. In inferno autem cum practicæ operationes esse non possint, quas medijs sensibus exercemus, qui ibi propter patrata flagitia sunt sepulti, non uidentes amplius practicas obire uirtutes, neq[ue] sapientes effici possunt, neq[ue] aliter officiosi ac probi: ad id enim tantummodo delati sunt in infernum, ut eternis torqueantur supplicijs.

Verti me & uidi sub sole, quia non esset leuibus cursus, necq[ue] bellū potentibus, necq[ue] sapiētibus panis, necq[ue] diuitiæ prudentibus, necq[ue] sciētibus gratia: quoniam tēpus & casus continget omnibus ipsis, necq[ue] nouit homo tempus suum.

Verti me, inquit, hoc est, aliud contemplatus sum, quod uincere in cursu, brauiumq[ue] accipere nō sit cuiuscunq[ue] leuis ac expediti ad currendum: neq[ue] omnium qui potentes sunt, egregium se ac inuictū præstare in bello: neq[ue] ad prudentes sapientesq[ue] uiros atq[ue] industrios diuitias deuolui: sed neq[ue] eos qui multa nouerunt, gratiam consequi. Casus enim omnibus communes contingunt, hoc est, incerti rerum euentus. Nihilq[ue] est hominibus niquam satis, nihil undiq[ue] perfectū, nihil æquale, om-

niāq; ferè diſſimili fine terminantur. Transcunt enim omnia & immutantur, in accessis dei iudicijs. Sed neq; homo, inquit, nouit tempus proprij finis, idcirco uigilare oportet, operariq; uirtutes. Mysticō autem sensu, quicunq; sunt uirtute agiles atq; expediti, quiue potentes, qui sapientes, qui diuites, sibi ipsis nequaquam debent cōfidere: contrā uero dicere id debet, quod uere sapiētes testantur: Nisi dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerūt qui ædificant eam: debentq; deo ut auctori, omnia referri. Ut enim ait Apostolus, neque uolentis est neq; currentis, sed miscentis dei, brauum, uictoriamq; referre. Nam neq; gratiā habet quispiam, quod multa cognoscat, nisi ex deo gratiam accipiat. Neque scire potest aduenientis sibi gratiae tempus, nisi mente diuino lumine illuſtretur.

Sicut pisces capiuntur in rete malo, & sicut aues in laqueo, ita illaqueantur filii hominis in tempore malo, quando repente irruat super eos.

Rete malum est ē multiplici uitio ac iniuitate contextum. Est siquidem & bonum rete, sagenas scilicet ē preceptis institutisq; tum antiquis, tum recentioribus saluatoris nostri contexta. Homines ergo, qui fluitans & instabile uitæ huius pelagus fulcant, uarias uoluptatum illecebras consecantes, quasi carentes ratione pīsciculi, malis retibus implicātur. Illi quoq; qui opinione nana scientiæ superbiant & efferruntur, cum sibi uidea-

antur excelsi esse atque aërambuli ueluti uolantes aues,  
demonum laqueis facile capiuntur, & incident in ma-  
lum tempus inferorum suppliciorum, cum repentinus  
interitus illis adueniat.

Et hoc etiam uidi, sapientia sub sole:  
& meo quidem iudicio magna est ciui-  
tas parua, & in ipsa pauci uiri, & ueniet  
super eam rex magnus, & circundabit  
eam & edificabit munitiones magnas  
circa ipsam, & inueniet in ea uirū pau-  
perem sapientem, & seruabit ciuitatem  
in sapientia sua, & homo non recorda-  
tus est uiri illius pauperis. Et dixi ego:  
Bona est sapientia super potentiam. Et  
sapientia pauperis nihil facta est, & uer-  
ba eius non sunt audita.

Locus hic ad personam scandalum patientis perti-  
net, qui tanquam secum loquens, uidisse se dicit magnā  
sapientiam sub sole, ciuitatē quam piam exiguum pau-  
peris inhabitatā hominibus: quam cum ob sideret rex ma-  
gnus, seruauit quidam ciuis pauper quidem, uerū tamen  
sapiens, cuius solerti cōsilio uicta fuerint arma ob siden-  
tis: ingratos uero fuisse ciues in pauperem illum. Solent  
enim plerunq; homines beneficiorum esse immemores,  
consiliaq; pusillorū hominum, quanquam sint peruti-  
lia, paruifacere, cum tamen opulentis ac potētibus adu-

lentur, eorumq; sermones laudibus in cœlum ferant. Sed ego, inquit sapiens, longe à vulgari opinione abhorrens, aliter dicam: sapientiam scilicet longe meliorē esse potentia. Atque hæc quidem ad literalem pertinent intellectum. Altiore autem mystico sensu ita intelliges. Parua ciuitas, est militans deo in terra Ecclesia: parua in quam, comparatione eius quæ triumphat in cœlis. Pauci in hac ciuitate sunt uiri, sancti scilicet & electi dei. Magnus autem rex, iniquitatis caput, est diabolus. Hic assidue hanc circuit ciuitatem, ut illius ciues redigat in seruitutem. Pauper autem sapiens in hac ciuitate, cuius consilio ipsa seruatur, ipse est Christus dominus deus noster. Dicit enim ciubus suis sanctis:

**Ioan. 16** Confidite, ego uici mundum. Ac huius quidem pauperis uerba, à stultis gentilibus & perfidis hebræis non audiuntur. Sapiens uero Ecclesiastes intelligens in spiritu, quod deus nō per solam diuinitatis sue potentiam & uirtutem, sed sapientie societate utens, uerbumq; caro factum, tyrannum diabolum deiecturus esset, nullam sibi persugi excusationem relinquens, ut sicut oline ipse antiquum uicerat hominem Adam, ita demum sub homine fractus corrueret nouo Adam. Propterea nunc afflatus spiritu, multo antè hoc mysterium patefecit, in hæc uerba prorumpens.

Sapientia melior est quam potentia: uerba sapientium audiuntur in quiete, plusquam clamor potentium in stultitia.

Locus

Locus hic non est accipiendus, quasi per comparationem dicatur: neque enim est comparare sapientiam cum stultitia. Fit enim comparatio inter similia, non inter contraria. Inquit ergo: Verba sapientum audiuntur in quiete: hoc est, cum auditores iucunde accipiunt quae dicuntur, fit requies quidem in mente ipsorum. Clamor vero stultorum dignus est qui damnetur, licet illi potentia magna polleant: anima enim quae stultitia repleta est, cum clamore & turbulentia sermones profert sine quiete, ordine, ac constantia. Aliter. Apostoli sapientiae ministri, auditorum mentes quietas ab omni passione sedatae, reddebat: insipientium uero clamor Iudeorum, cum iniuste clamarent, Tolle tolle crucifige eum, & illos perdidit, & omnes qui huiusmodi acclamationibus effusus faciles prebuerunt.

Melior est sapientia, quam bellica instrumenta.

Melius est consilium cuiuscunq; prudentis, quam omnne auxilium quod ab armis expectari possit. Mystice autem ostendit potentiam saluatoris nostri Iesu Christi, qui utique est sapientia. Huius enim uirtus, arma belli, hoc est, diabolum tartaricasq; phalanges cuerit, omnesq; species sue iniquitatis ad debilitatem redagit.

Et peccator unus multa bona perdet.

Adam peccauit, & in omnem generis humani posteritatem, peccati labem mortemq; transmisit, ipseq; imaginem dei, ad quam factus fuerat, violauit, & viola-

126 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
tores sibi similes quā plurimos propagauit. Vnus quis  
eunq; is demum sit, dum se se peccati sorde cōmaculat,  
& bona corrūpit, quæ sibi ex acquisitis uirtutibus insi-  
sidebant, & multos etiam malo exemplo ad imitatio-  
nem inducit.

## CAPVT X

**V**S C AE mortificātes putrefa-  
ciunt apparatā olei suavitatē.  
Apparatum oleum est unguentum,  
sicut & Aquila interpretatus est: musca  
uero impurum animal, quod putredines & ulcera insis-  
tendo exugit, appetitq; laceræ cutis scissuras. Mortifica-  
cat autem & corrumpt oleum unguentarium masca,  
cum in illud se se temere proijicit: nam & ipsa immor-  
tetur, & olei uim extinguit. Iudæi ergo propriam uitam  
contemnentes, animæq; salutem, ucrè sunt muscae mor-  
tificantes, cum suaue redolens uerbum saluatoris Iesu  
Christi semper uitiare ac fœdere studuerint, semperq;  
affectionat ansas calumniarū arripere, quibus illam ut-  
gere possent. Parum sapientiae preciosius est, quam glo-  
ria magnæ stultitiae. Multi è sua stultitia gloriam & lau-  
dem retulerunt, utputa qui dicendi facultate pollentes,  
iniustum clienib; patrocinium præstant: qui ex opus-  
lentia clari ampliæ habentur: uel qui seculari sapientia  
prædicti, circa inutiles questiones uitam cōsumunt. Sed  
longo interuallo preciosior est habendus, qui ianuas &  
initium

bitum sapientiae, quæ est secundum deum, ingreditur,  
¶ in ea eruditur, incipitq; eam libare, omnem stulta-  
num gloriam paruipendens.

**C**or sapientis in dextrū ipsius, & cor  
stulti in sinistrum ipsius.

Cor hoc loco pro intellectu ac mente accipi decet.  
Materiale enim cor & carnem, omnibus in ea parte  
corporis situm est, quam thoracis cratem appellat. Sa-  
pientis itaq; intellectus semper in dexteris uergit partes  
virtutis ac laudabiles, stulti autem mens in sinistra ser-  
uit, & in ea quæ facile culpari possint.

Sed & cum stultus in uia ambulaue-  
rit, cumq; cor ipsius retardetur ac desi-  
piat, omnia sunt stultitia.

In hac uita quā uerè uiam dixeris, stultus perambu-  
lans, cum ad sinistra cor habeat, semper cessat ac poste-  
rior inuenitur: in uacuum enim pergit, nequaq; sibi pro-  
posito supernæ uocationis brauio. In anteriora itaq; se-  
se non extendit, nec properat ad finem: sed quamuis ad  
hec ipsa pergere uideatur, medio in cursu deficiet, om-  
nia imperfekte & sine ratione cogitans & aggrediens.  
Quod si ipsam adeat uiam iustificationū, uel, ut ueriu-  
dicam, adire se simulet, hoc est, diuinorū obseruantiam  
mandatorū, quia tamen illius mens fleclitur ad sinistra,  
cessabit prorsus atq; deficiet, ut neq; quid præceptū sit  
intelligat, neq; operetur iuxta legislatoris uoluntatem.

**S**i spiritus potestate habentis ascen-

128 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
derit super te, locum tuum ne dimis-  
ris, quia curatio cessare faciet peccata  
magna.

Spiritus potestatem habentis est diabolus princeps  
mundi huius, & dominus filiorū inobedientiæ, qui nul-  
la coacti necessitatē, sed electione libere uoluntatis se-  
ultra subiecerunt illius dominationi atque tyramni-  
di. Inquit ergo: Si te ad supern.e patriæ beatitudinem co-  
gitatione ac studijs erectum, irruens ex aduerso spiritus  
potestatē habentis, deturbare conetur ad inferiores se-  
mitas mundi huius, omnes illi aditus preclude, omnes  
obstrue sensuum operationes, ut neque per oculos, neq;  
per aures, neq; per linguam, neq; aliunde admittatur.  
Primis namq; affectionum sublati principijs atque cau-  
sis, nulli prorsus orientur effectus. Quod si quid ad ipsa  
mentis penetralia callidus hostis ueneni transfuderit,  
tu tamen in uestigio tuo consistens, locum stationemq;  
ne deseras: ita ut temperantia munitus, procul libida-  
nes, stupraq; repellas, odiumq; coerces charitate, sta-  
tionesq; singulas uirtutum strenue tuearis. Si enim ca-  
das, ut negligentius resistens permittas insidere tibi ac-  
quiescere super te spiritum potestatem habentis, mu-  
ta & magna peccata super animam tuam facile aggres-  
gabis. Aliter. Si animam tuam curaueris adhibita  
uirtutū diligentia, plurima sedabis. Talis est enim uir-  
tutum curatio, ut cohibere possit spiritum habentis po-  
testatem, ne te superueniat & conculcat.

Est malum

Est malum quod uidi sub sole, quasi non sponteū egressum sit à facie potentis. Stultus traditus est sublimitatibus magnis, & diuites in humilitate collocabuntur.

Literali sensu, aliam se uidisse ait iniquitatem in humanis rebus, principes scilicet uiros ac magistratus, iuitos quidem quasi metu coactus maioris alicuius potestatis, eos qui stulti sunt gloria honestare, fortunas uero locupletū ciuiū populari sectioni addicere inuita proscriptione: sepe enim principes ciuitatis ac magistratus, regijs edictis contra uoluntatem suam obedire coguntur. Mystico autē intellectu, sponte sua homines atq; electione semel uoluptatis uia ingressi, inuiti mox facere plurima compelluntur, urgente eos diabolo, qui potestate habet super filios inobedientiae, ut tanquam iniquam detestentur ac accusent iustissimam dei prouidentiam, ita stulte interrogantes: Ut quid insipientes in sublimes dignitatū gradus conspicui efferūtiā? contrā uero qui honesto loco nati gentilijs polleant opibus, in paupertatem deiciuntur? Cum itaq; cæci mortales sponte primum nostra uolentes, hausto uoluptatis pocalo ebrietate contraxerimus, tum surrepit ille callidus potestate habens, subiicitq; nobis que inuiti faciamus, ebrietatis nebula occupati: cuius generis sunt libidinibus pollui, rixari, percutere. Neg; enim qui ebrij fiunt, talia se facturos cogitant, sed ebrij iam effecti, uel inuiti

130 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
cōpelluntur ad huiusmodi flagitia perpetranda: ita  
uoluptatis studio traditi, scandalizamur sēpe de inac-  
cessis dei iudicijs, ac contra diuinā sapientiam linguam  
temere exeramus.

Vidi seruos in equis, & p̄cipes qua-  
si seruos ambulare super terram.

Vitae mutabilitate & conuersionem nobis contem-  
plandam proponit, ut à mundanis rebus incertis, ad sta-  
bilem illam cœlestem beatitudinē nos conuertat.

Qui fodit foueam, incidet in eam.

Locus hic totus soli uacat mystico intellectui: aliter  
enim semper hoc non contingit, ut qui foueam fodit in  
eam cadit. Inquit ergo: Peccator suam animam prius  
excruciat: qui enim diligit iniuriantē, odit animā suam:  
& unusquisq; ob ea quæ peccauerit, punietur. Ipse etiā  
Moyses legislator ita faciundum sanxit in homicidam,  
**Num. 35** uidelicet: Facite illi eo pacto quo is contra proximum  
suum malignatus est.

Et qui dissipat sepem, mordebit eum  
coluber.

Sepes animæ, lex est diuina, & metus, ueraq; lega-  
tum sensuum cognitio. Qui ergo legem dei contem-  
nit, & diuina prævaricatur mandata, qui falsa cogni-  
tione decidit in peccatum, cuius opifex est ipse callidus  
serpens, iste incautus ac diuina cassus gratia, morsus  
serpentis perpetietur.

Qui extrahit lapides dolebit, & af-  
figetur

fligetur in eis.

Qui sibi domum uirtutibus extruit, lapides congerat, ac bene ædificat: qui uero uel secordia, uel uana clatione demolitur ac soluit quæ prius erant extorta, lapides auferit, angiturq; miser, dolet ac periclitatur. Alter. Lapides sancti apud prophetā Zachariā, sancti homines sunt. Qui ergo huiusmodi lapides eximit, hoc est persequitur sanctos atque interficit, labore affligitur, hoc est, perniciem sibi attrahit: sicut Herodes fecit qui Ioannem Baptistam gladio percußit.

Ligna scindens periclitabitur in eis, si exciderit ferrū, & ipse faciem conturbatus est, & fortitudines corroborabit, & superflua robusti sapientia.

Per symbola & sensibilia, ad spiritualia nos perducit. Inquit ergo: Qui sua fretus doctrina, ueluti ferro quodam utens, scindere ac cōminuere aggreditur diuinæ scripturas, quasi ligna quedam bene olentia: si forte decidat & aberret ab intentione spiritus sancti, neq; secundum legislatoris mentem recte ac fideliter eas interpretetur, sed à ratione procul exorbitet, in magno est periculo, ne in pernicioſas hæreses impingat, faciemq; doctrinæ suæ confundit, & animas auditorum. Quod autem ait, & fortitudines corroborabit, ita intellige: hoc est, aduersantes ualidiores efficiet: ex ijs enim erroribus, quos interpres aliquis ac magister in doctrina verbi aduenerit, ualidiores assumunt uires, qui ex aduer-

so loco secum disputantes contendunt. Qui uero fertis extiterit in opere & sermone, ita ut cum sapientia eloquatur, habet omnino multum, atque adeò aliquid amplius quam cæteri, ut scilicet in scindendis lignis nequaquam periclitetur. Nam qui tantummodo potens fuerit in sermone, ac uolubili prædictus lingua, sophistis autem captiunculis abundet, uacuus diuina sapientia, excedente ferro periclitabitur, in cædendis quæ superius diximus lignis.

**Si mordeat serpens in silentio, nihil est amplius excantanti.**

Qui clam peccat, nec emissâ uoce palam suo de peccato gloriatur, siue is agendo perperam delinquit, siue in corde suo impium dogma hæreticumq; concipiatur, poterit tamen in melius emendari, cum nondum ad effrenam peruererit impudentiam. Neq; sanè nimium laborabit in eo reuocando, quicunq; salutari doctrina excantare aggrediatur uirus inferni serpentis. Aut ita intellige. Si peccati serpens mordeat in silentio, hoc est, ita ut peccator admissum scelus confiteri nolit, nullam poterit salutem præstare qui sancta excantatione curandum suscipiat, sua peccata non confitentem.

**Verba oris sapientis gratia, & labia stulti demergent ipsum. Initium uerborū oris sui stultitia, & ultimus error eius malus: & stultus multiplicabit uerba.**

Paulus apostolus cupiens eos quos in fide erudiebat sapientes

Sapientes esse, ita ad eos scribit: Sermo uester penitus sit  
in gratia, sale conditus. Sermo enim sapientis neq; au-  
sterus est inhumanus ue, neq; mollis & dissolutus, sed  
gratia multa conditus, ita ut pariter cohibeat, neq; si-  
nat auditores diffluere. Labia uero stulti, hoc est uerba,  
mortem illi perniciemq; conciliant. Nam & suae ipsius  
anime noxius est stultus, & animas quoq; auditorum  
corrumpit. Demersio enim de qua hic loquitur Eccle-  
siastes, ad eterna referenda est supplicia, iuxta illud:  
Precipita domine, & diuide linguas eorum. Stultus ue  
ro cum insipienter loqui incipiat, circuifertur & errat  
in stultitia cordis sui, finemq; sortitur malum. Sed &  
uerba, inquit, stultus multiplicat, hoc est, incassum bla-  
ggerat et nugatur, siue multa loquatur, siue pauca. Mul-  
titudo enim hoc loco, pro nugacitate ponitur. Nam qui  
nil boni loquitur, nihil utile etiam in paucis uerbis nu-  
gatur. Quod si quid tamen interdum uideatur boni lo-  
quutus, cum deinde mores orationi non consonet, et hic  
quoq; nugatur, cu planè ignoret quid loquatur, quid ué  
bene agendo comprobet & confirmet. Oportet enim  
eū qui bene dicat, prius facere, ac deinde alios edocere.  
Multiplicat ergo uerba, hoc est, siue multa siue pauca  
loquatur, suo illo sermone importunus est ac molestus.

Coloſ. 4

Pſal. 54

Nescit homo quid factum fuerit, &  
quid futurū sit post ipsum, quis renun-  
ciabit ei: labor stultorū affliget eos, ne-  
scit pergere in ciuitatem.

Et si multa iam nouerimus quæ facta sunt ante nos  
 tradita nobis à sanctis patribus per legētes, qualia sunt,  
 in principio creauit deus cœlum & terrā, & permulta  
 alia : licet etiam per fidem sciamus quæ sunt futura, ut  
 de iustis puta, atq; iniustis, quod resurgent, hi quidem in  
 uitam, hi uero in mortem poenamq; æternā: tamen om-  
 nia nequaq; scimus, sed quædam : Ex parte enim cognoscimus,  
 inquit Paulus, & ex parte prophetamus. Quis  
 autē nobis ea quæ post sunt renūciabit? hoc est, futura,  
 ut puta, num filios genituri simus, an genitos iam liberos  
 amissuri, nobis ne in patria, an apud exteris moriendū  
 sit, exiguo ne spacio an contrā longinquo futuri simus  
 in uita. Idcirco qui solliciti sunt hæc rescire, uel per aus-  
 guria, uel per natalis obseruationē diei, uel per menda-  
 ces alias huiusmodi diuinationes, & qui cetera demum  
 scire affectant, quorū habere certam cognitionem non  
 possumus, in uanum laborant, inutilemq; sibi desumunt  
 operam. Hæc autem fermè cuncta stultis contingunt,  
 propterea quod minime norunt pergere in ciuitatem,  
 hoc est, optimæ ciuitatis normā sibi ad uiuendum pro-  
 ponere, neq; persequi uolunt ecclesiæ simplicem fidem,  
 pulchramq; pergere in ciuitatē supercœlestem scilicet  
 Hierusalem, cuius opifex & autor est deus.

Væ tibi ciuitas cuius rex iunior, &  
 principes tui mane comedūt. Beata es  
 terra, cuius rex filius liberorū, & prin-  
 cipes tui uescuntur tempore suo in for-  
 titudine

titudine, & non confundentur.

Literalis quidem sensus, miseram censet ciuitatem, cuius rex instabiles habet mores iuuenum ritu, & cuius principes dimissis publicis negotijs curisq; ciuilibus, pri-  
ma irrumpente aurora poculis comedationibusq; indul-  
gent. Nam qui mero & crapula se se infarciunt, quiq;  
leues sunt & paru sibi constantes, neq; regno, neq; prin-  
cipatibus alijs gerendis sunt apti. Beatam uero iudicat  
regionem, cuius rex sit filius liberorū patrum, hoc est,  
qui sit officiose ac liberaliter educatus, quiq; probæ edu-  
cationis mores conseruet, ut nihil penitus uelit, quod  
seruile sit, quod illiberale, quod turpe, & cuius princi-  
pes regionis omni studio curant que ad cōmoda subdi-  
torū pertineant: modeste p̄ etere a, suoq; tempore ue-  
scuntur, non ijs que ad uenitris & gulæ gratiā cōparen-  
tur, sed que virile robur bonamq; ualitudinem pariant  
ac tueantur, hoc est, que necessaria sint. Tales enī prin-  
cipes in situ am pectoribus gerentes iustitiam, iustumq; iu-  
dicium iudicantes, nulla unquā ignominia cōfundentur.

Mystico autem sensu ac morali, anima rationalis est  
ciuitas, huiusq; ciuitatis rex intellectus: qui si fuerit iuu-  
niliter leuis atq; inconstans, motusq; suos quasi principes  
quosdam habuerit gulæ ac uoluptatibus indulgetes, uē  
proculdubio adiunctū habebit: sin uero rex intellectus  
sacris enutriatur disciplinis, uerè filius est liberorū, &  
motus habet rationū, qui congruo tempore omnia exes-  
quuntur, tam que ad corporis curā spectant, quam quo-

ad anime faciunt mentisq; solertiam. Quod si ciuitas  
hec et prouincia, quam anima nuncupamus, ita uiuat,  
ita se regat, bonisq; profectibus roboretur, nulla unquam  
turpi nota ignominiaq; foedabitur.

In plenitudinibus humiliabitur con-  
tignatio, & in desidia manuum stillabit  
domus; in risu faciunt panem, & uinum  
leuificat uiuentes, & pecuniae obediunt  
omnia.

In parabolâ nos erudit, hortans ne contemnamus  
operari bonū, ne spiritu dis nostræ domus, hoc est, ani-  
mæ, contignatio, id est firmæ ac cōnexæ rationes humili-  
lientur & corruant, ita ut domus ipsa perfillet, defluen-  
tibus undique uitijs conturbata, atque ita si quas habe-  
bamus prius uirtutes, ex desidia & inertia amittamus.  
Oportet ergo assidue inspicere nostram hanc domum,  
neq; solum ea respectare que bene hactenus gesimus,  
sed oculos ad contignationē, hoc est, ad supremū finem  
erigere. Nam qui segnius se habet ad capessendas uir-  
tutes, ad solam uoluptatē oculos animumq; cōuertunt,  
occupāturq; circa id quod hominū quamplurimi suauē  
letumq; opinantur, palamq; iactant comparari pecu-  
niis oportere, cum argento dicant omnia esse subiecta.

Aliter. Desides ociosiq; homines sinunt stillare do-  
mum suam: qui uero aguntur sanctis ecclesiæ institutis,  
pane quodam mystico uinoq; aluntur: cuius uirtute con-  
firmati, dæmonis aduersantis insidias facile ridere pos-  
sunt,

sunt, scientes quod uniuersi mundi machina argento subiecta sit, hoc est, dei uerbo propter nos incarnato, quod argenti appellatione sacra uocat scriptura. Sciendum uero est quod nomine panis, omne siccum alimentū sollet eadem scriptura designare: sicut et uinū uocat, aut aqua, quod insitam humiditatē habet. Hoc significare voluit Moyses, cum quadraginta diebus, quibus legem accepit, neque panem, inquit, comedí, neque bibi uinum, hoc est, neque siccum, neque humidum quicquā gustauit.

In conscientia tua regi ne impreceris, & in secreto cubiculi tui ne impreceris diuini. Volucris enim cœli asportabit uocem tuam, & qui habet alas sermonem tuum renunciabit.

Volucrem cœli sunt qui putent esse animam ipsam, uel spiritum nobis insitum: habentem uero alas, aut spiritum sanctum qui apparuit in columba specie, quique omnia complet, omnia nouit, aut ipsos sanctos angelos. Contrà uero nonnulli habentem alas, pro diabolo accipientium dicunt: uolucres uero cœli, parentes diabolo aeræ potestates. Secundum uero utraq; expositionē intellige. Ne regi, néue diuini impreceris, ac ne in petratribus quidem. Tua nanque maledicta excurrens fama defret ad illius aures, cui tu malum imprecatus fueris. Imprecari uero quempiam dicimus, cum malum aliquod uel sibi, uel proximo aduenire uotis exposcit.

158 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
CAPVT XI

**Esa. 58** **M**ITTE panem tuum super faciem aquæ, quia in multitudine dierum inuenies illum. Scriptū est: Frange esurienti panem tuum. Cæterum panis appellatione, omne genus elemosynæ designatur. Dicit ergo Ecclesiastes: Cum laetitia chrymis & misericordi affectu facito elemosynam: huius enim fructus tecum permanebit in seculum.

**Psal. 143** Aliter. Aquas pro hominum conuentiunculis & congregatione solet appellare scriptura, iuxta illud: Libera me de aquis multis & de manu filiorum alienorum. Inquit ergo: O tu quisquis es diuine legis interpres ac doctor, alimentum uerbi quod tibi gratia spiritus sancti liberaliter dedit, sine ulla intermissione pauperibus & egenis impari, præmium ministerij huius relaturus, ut cum deo uerbo uiuas iunctus in secula.

Da partem ipsis septem, partē quoq;  
dato & ipsis octo, quia ignoras quid fu-  
turum sit mali super terram.

Qui credit ueteri testamento, partem dedit ipsis se-  
ptem, propter sabbati cultum qui in lege ueteri contine-  
tur, quiq; tunc spirituali sanctificatione perficitur, cum  
a peccatis desistimus ac requiescimus. Qui uero nouem-  
recipit testamentum, partem suam dedit & ipsis octo,  
propter dominicā resurrectionē, quam octavo celebra-  
mus.

mus die, hoc est, sabbati in sequente, ut primo quodam  
initio resurrectionis seculi<sup>q</sup>; futuri. Inquit ergo: Recipe  
vetus ac nouū testamentū. Vel aliter. Nostræ huius  
vitæ tempus septem dierum numero designatur. Inquit  
enim scriptura: Requieuit deus die septimo ab omni o= Gen. 2  
pere quod patrarat. Initium vero futuri seculi, octaua est  
dies, cuius symbolum nobis est dominica resurrectio.  
Quod ergo nos monet Ecclesiastes, hoc est: Modeste,  
inquit, uiue in præsenti seculo, & thesauriza tibi per  
operum bonorum exequitionē, quæ ad futuræ uitæ bo-  
num pertineant, atq; ita partem ipsis septem dato, &  
ipsis octo. Aliter. Septē dona spiritus numerat Esa= ia 3  
ias. Potest igitur christianus populus apposita quadam  
collatione per septenariū numerum designari, cum se-  
ptem spiritualibus donis ditatus fuerit. Octonario au-  
tem numero designabitur populus Iudæorū, qui octauo  
die circuncisionis accepit signum. Inquit ergo: Confer  
eleemosynam in omnes homines. Quod autem inquit,  
quia non cognoscis quid mali futurum sit super terram,  
ad omnes potest accommodari expositiones, quas modo  
attuli, ita uidelicet. Recipe duo testamenta, ut ignoran-  
tiae pariter ac nequitiae tenebras procul abs te repellas.  
Vel, modeste age quæ ad huius pertinent uitæ officia,  
cogitans aſidue & de futuro seculo. Neque enim nosti  
quam grauiare reposita sint tormenta ijs, qui neq; septe-  
narijs partem suam dederunt neque octonarijs. Vel,  
eleemosynam omnibus conſtrin cordis tui simplicitate;

140 OLYMP. IN ECCLESIA ST.  
neq; enim nosti, quis hominū uere indigeat, quis uē sim  
mulata paupertate per auaritiam petat.

Si repletæ fuerint nubes pluia, in  
terram effundunt: & si decidat lignum  
ad austrum siue ad boream, in loco ubi  
ceciderit lignum ibi desidebit.

Prima quidem particula huius loci, literali sensu  
potest ad eleemosynā referri: quia sicut nubes iussu di-  
uino imbre super omnes homines spargunt, ita cons-  
uenit eleemosynā cunctis hominibus impartiri. My-  
stico autem & sublimiori sensu, nubes pro sanctis uiris

**Deut. 32** accipiuntur, quorū unus fuit Moyses, qui dicit: Expe-  
tur ut pluia eloquii meum. Sancti ergo repleti diuino  
uerbo, quale scilicet factum est ad Osse, sanctosq; alios,  
effundunt secundū imbre, non super solam Iudeam,  
sed & in omnem terram in quam exiuit sonus eorum.  
Et hec quidem de prima particula loci huius, que ad  
pluianam pertinet. Ligna uero in scripturis sacris signifi-  
cant modo iustos uiros, modo etiam peccatores. Auster  
autem accipitur pro illustri loco ac lucido, uel pro se-  
rifissima illa luce, que est Iesus Christus dominus deus  
noster. Contrà uero Boreas pro caliginoso ac tenebra-  
rum pleno accipitur loco, proq; ipso diabolo, qui in te-  
nebris habitat. In quocunq; igitur loco seu illustri seu  
tenebroso, hoc est, siue in turpi scelerū statione, siue in  
honestā uirtutum deprehendatur homo cum moriatur,  
in eo gradu atque ordine permanet in eternum. Nam  
uel

uel requiescit in lumine felicitatis æternæ cum iustis &  
Christo domino, uel in tenebris cruciatur cum inquis,  
& principe mundi huius diabolo.

Qui obseruat uentum non seminat,  
& qui considerat nubes non metet. Si-  
cuit non est qui sciat quæ uia sit spiritus,  
necp̄ quomodo compingantur ossa in  
uentre prægnantis, ita non cognosces  
opera dei quotcunq; facturus est.

Qui uentos obseruant, sationi minus incumbunt.  
Plerunque enim contingit, ut qui hodie perflat uentus,  
crastina die sit quieturus: aut contrà bacchaturus sit die  
crastina, qui hodie conquiescit: hodie cum pluat, cras  
erit aër serenus. Non oportet ergo uentos obseruare,  
sed spe bona sationem facere, deo confidentes autori bo-  
norum omnium. Nam si præ obseruatione nubium ac  
uentorum differamus sationis tempus, irritam deinde  
messem experiemur. Sed etiam si maxime uelimus, ob-  
seruare nō possumus aëris qualitates: neq; enim scimus  
uiam ipsius spiritus. Sapienter namq; ac uarie deus hu-  
manis consulit rebus. Neque aliter ignoramus dei erga  
nos consilia & dispensationes, quam & ossa quæ com-  
pinguntur & gestantur in uentre prægnantis. Quis  
enim nouit, masculus ne ibi delitescat an fœmina: inter-  
grum'ue gignatur, an parte aliqua corporis imperfe-  
ctum? Quod si ignoramus quale nam sit quod in utero  
genitricis compingitur, multo ignorabimus magis, qua-

142 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
nam ratione offula illa, quā embryon uocant, in corpus  
animalis coalescat & cōformetur, quo etiam pachō offa  
componātur, quōue totius corporis sibi congruat har-  
monia. Inquit ergo: Tu quoq; ne tantopere sis sollicitus  
curiose querendo cui sis eleemosynam datus, cui non  
datus, ut puta fidelis nē sit ille an infidelis, iustus' ne  
an iniustus. Etenim si pendebis animo ista disquārens,  
amittes sationis tempus, neq; inuenies in tēpore messis  
quod metas. Sine ulla itaq; dilatione temporis, in simpli-  
tate cordis tui eleemosynam conser: ncq; enim scis an  
spiritus eum uiuificet, quem tu fortasse putas iniustum,  
contraq; illum à se repellat, quem tu iustum existimas.

Mane semina semen tuū, & uespere  
ne cessat manus tua, qā nescis magis nē  
puenturū sit hoc an illud: quod si utrāq;  
in idem tendant, bonum hoc erit.

Qui tenebras ignorantiae ab intellectu suo procul  
expellit, cum sit in ipso principio uirtutū, mane primo  
**Ioan. 9** sationem facit, iuxta illud: Donec dies est operamini.  
Quod si hic ad finē permaneat, officiose uiuens, secun-  
dum uirtutē operatus dici potest usq; ad uesperā, ita ut  
manū suam ab opere non remiserit neq; cessarit. Inquit  
ergo: Virtutem aggressus, persevera usq; in finem: neq;  
enim nouisti quānā ex tuis bonis opribus placitura sint  
iudici, illāne que iuxta carceres peregrist, an ea que  
iam perductus ad metam. Quod si utraque eodem pa-  
riter modo deo approbentur, bonitatis & perfectionis  
plena

Plena censembitur huiusmodi operatio. Aut aliter ita intellige. Ab ineunte pueritia operare uirtutem, neque dixeris, nunc adolescentior cum sim, fruar delicijs quas habet uita: poste a uero cum ad senectutem peruenero, ad poenitentiam me conuertam: nequaquam enim nosti quid tibi euenturū sit, aut quando tibi aderit finis uite. Est itaq; opera & preciū operari semper uirtutem, summaq; contentione ad hanc assequendam conari. Oportet etiam sēpe deum precari, ut quae ipsi operamur, sive sint maiestati placita & bonitati.

Dulce lumen, & bonū est oculis uiderē solē. Si annis multis uixerit homo, in omnibus his lætabitur & recordabit opera tenebrarū: quoniā multe tenebre erunt, & omne quod aduenit uanitas.

Docet nos hoc loco Ecclesiastes quale sit illud māne, quo nos hortatus est sationem facere: hoc est, suauis prorsus ac dulce oculis ipsius intellectus. Mane inquam illud, quod producit iustitiae sol, animas nostras interno splendore illustrans. Sicut qui solem hūc sensibilem uident, per ipsius lumen uisibilia intuentur, atq; ita sensus ipsos uarijs officijs intendunt: qui uero solem nō uident in tenebris desident ociosi, eo quod non uideat quae solis lumine illustrantur: ita pari ratione & qui intelligibilē contuētur solem, lumen in mente sua recipiūt, per quod plāne uident atq; cognoscunt quae ad eiusdem solis uocantatem sibi agenda sunt, quae uē etiam dimittenda. Is

autem qui ad diuini uerbi sententiā uiuendum sibi constituat, tametsi multos annos ueretur in uita hac, que difficilis fermè ab omnibus existimatur, anima tamen sua uoluptate lētitiaq; perfunditur, cum non solum complectatur animo & intelligat quæ agenda sibi sunt in practico uitæ cursu, uerum etiam mente pacatissima contempletur pulcherrimas illas species, quæ à materia sciunctæ, solo intellectu percipiuntur. Speculatur autē hæc, lucidissimis iustitiae solis fulgoribus illustratus. Neque uero tantū hæc ipsa contuetur, uerum reputat animo & tenebrarū dies, qui in futuro seculo sunt impios comprehensuri. Et cuon meminerit dies illos perennes fore, peccatoresq; ipsos post rerum omnium uanitatem uenturos ad aeterna supplicia, omni studio & contentione declinat à malo, bonumq; operatur.

Lætare iuuenis in adolescentia tua, & bonis fruatur cor tuū in diebus adolescentiæ tuæ, & immaculatus deambula in semitis cordis tui, & in uisione oculorum tuorum.

Cū dicat ambula immaculatus in semitis cordis tui, planè ostendit quod ad spiritualē Lætitianam hoc loco iuuenem cohortatur. Iuuenē uero intelligit, qui sit animo robustus ac fortis, & qui tutò possit atq; intrepide contra diaboli colluctationes in campū descendere, aptum exuere antiquū hominem, nouanq; induere, qui sit ad imaginem dei factus. Hic autem qui ambulat immaculatus in

latuſ in ſemitiſ cordiſ ſui, hoc eſt, animam in tuuo loco  
 conſtituenſ mentemq; purificans, habet utiq; & puroſ  
 ſui corporiſ ſenſuſ, redditurq; aptiſſimuſ ad mirabileſ  
 pulchritudineſ conteplandaſ, laetiſſiam ſummaſ perci-  
 piens in ſpirituali adolescentia, internaq; mentiſ perſpi-  
 cuauiſione. Quia uero maſcula nomēclatura perſepe  
 ſcriptura utiſit in hiſ lociſ, in quibuſ fœminas. eque ac  
 uiroſ ad uirtuteſ hortatur, ſciendum eſt quod à principa-  
 liori parte ac ſexu oratione aggreditur: mulieriſ naq;  
 caput eſt uiro: una uero utriq; anima eſt ſubſtantia, &  
 unum ſumus omnes in domino, cum fœminei ſexu iu-  
 riliq; diſſerētia ad corpus ſolum pertineat. Quare etiſi  
 hoc loco adolescentem ſolum uideas adhortatione acci-  
 pere, ſub huuiu tamen adhortationiſ lege fœminas pu-  
 tato eque ac uiroſ iſpoſ coprehendi. Verba quoq; illaſ  
 Pauli apostoli, quibuſ inquit: Despondi uos uni uiro uiro  
 ginem caſtam exhibere Christo: tam ad uiroſ pertinere  
 quam ad mulieriſ exiſtimo. Et cognosce in hiſ omni-  
 buſ, quod ducet te deuſ in iudicio.

2.Cor.11

## CAPV T XII



T remoue iram à corde tuo,  
 & abducito malignitatē à car-  
 ne tua, quoniam iuuentus &  
 amentia uanitas. Et memen-  
 to creatoriſ tui in diebuſ adolescentiæ  
 tuae, ante quam ueniant dies afflictionis

146 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
& anni, in quibus dices, non est uoluntas  
mea in eis.

Hoc loco in memoria nobis reuocat diuinū iudicium,  
loquiturq; tanq; autoritatē habens: Remoue iram à cora  
de tuo. Potes enim cum sis præditus ratione, iracundia  
frenare. Malignitatē uero carnis, accipit pro omni pec-  
cato. Nā et Apostolus opera carnis uocat opa peccati.  
Præcipua uero malignitas carnis est ipsa libido. Passio-  
nes uero quas dicimus, sunt motus incōstantis animi ac  
iuuenilis. Animo autē iuuemili amētia ferē plerūq; ana-  
nexa est, quæ nihil est aliud quām mera uanitas. Inquit  
ergo: Si uelis exuere hūc iuuemilem anum, & petulan-  
tis superbiae motum freno cōpescere, indelebilē dei me-  
moriam conseruato. Dies autē adolescentiae, præsentis  
uitæ dies significat: uerè stultiæ dies, si ad perfectionē  
cōparentur futuræ uitæ. Si enim in præsenti uita memo-  
riam dei abieceris, incumbit iam tibi tēpus punitionis,  
quod diem uocat afflictionis, cum peccatores tunc pu-  
niendi sint, & tunc dices, non est uoluntas mea in ipsis.  
Nullus enim cū torquetur, tormentis carere nollet. Qui  
ergo in hac uita non fecutus domini præcepta, sed suas  
cupiditates, ex amentia et animi imperfectione facit ea  
quæ uult, in tēpore punitionis torquetur ita ut nō uult.

Anteq; obtenebrescat sol & lumen &  
luna & stellæ, & reuertant̄ retro nubes  
à pluuiâ, in die in qua cōmouebunt̄ cu-  
stodes domus, & in obliquū deprauati  
fuerint

fuerint uiri fortitudinis, & cessauerint  
molentes, quoniam ad paucitatē redactae  
fuerint, & obtenebrescēt que aspiciunt  
per foramina, & occludēt ianuas in pla-  
tae in infirmitate uocis molentis.

Audiui quempiam qui uerba loci huins putaret ad  
particularē uniuscuiusq; interitum pertinere: alium qui  
ad uniuersalē mundi consumptionē: alium item qui ad  
altiorem sensum referret: que omnia paucis omnino uo-  
bis explicabo. Orationem cōuertit Ecclesiastes ad eum  
quem admonendū suscepit, atq; : Rationē habeto tuę  
salutis, eamq; curato diligēter, donec uti potes libero uo-  
luntatis arbitrio, integrūq; tibi est ad uirtutē accedere.  
Post hanc etenim uitā tibi accidet non sicuti uis, sed tor-  
queberis sicuti non uis. Rationem itaq; tui habeto ante  
obitus diem, ante quā scilicet tibi sol obtenebrescat, &  
luna & stellæ: huiuscemodi enim tenebræ unicuiq; con-  
tingunt in extremo uitæ obitu. Tu itaq; curato salutem  
tuam, priusquam in aquā terramq; soluari. Corpus enim  
hoc nostrum quod ueluti nubes quedam uidetur animæ  
superincumbere ac superpositū esse, defunctis nobis in  
similia elementa resolvitur, aquam scilicet atq; aërem.  
In ipso etiam mortis die domus, hoc est, animæ custodes  
comouentur, & in obliquum declinant, ac remittuntur  
que prius rectæ ac intensæ fuerant rationis uires, que  
hoc loco uiri fortitudinis nuncupantur: dolent enim ac  
conturbātur in ipso formidabili à corpore nostro exitu.

Possunt & custodes domus intelligi, corporis nostri materiales oculi ac sensibiles, qui in mortis articulo contuendi vires extingui sentiunt. Tunc etiam molenies operiosi sunt, hoc est, dentes ipsi ac molares, qui inditos oricibus molunt atque cōminuant: non quod prorsus numero pauci siant, sed quia ad paucitatem uirtutis officijs denient. Pupillae quoque oculorum, que ueluti per foramina quædam prospiciunt, tenebris obducuntur, cum meatus omnes & operationū uiae, quibus usi sumus in uita, penitus occluduntur. Incipit enim tūc homo tenui uocis filo ac infirmo loqui, cū in extremo respirat, uoce uix ægreque & per dentes resonat. Prius itaque quam te hæc mortis incomoda cōprehendant, cura ut in officiosis, opererisque uirtutem. Aliter ad uniuersalē mundi finem ita hæc accommodare poteris. Sicuti per uerbū dei creatura mundi creata est, ita & diuino iussu quandoque resoluteur. Cum enim ad seculorū finem mundus peruerterit, superuacuus erit usus luminariū: tunc pluvia opus non erit quæ irriget terrā, sed nubes quodammodo à pluviā retro cōuertentur, hoc est, pluviā nullam dabunt: uel cum pluvia pariter soluentur & evanescant, cum neque nubium neque imbrium usus aliquis sit futurus: uel tunc in aliud ministerium domino deo obedient, uehicula fortasse gestandis sanctis effectæ. Tunc & custodes domus cōmouebuntur, hoc est sancti, fortitudinis uiri hoc loco nuncupati, qui tunc in obliquum paulisper declinabūt & secedent, propter antichristū: non quod

non quod penitus rectitudinē iustitiae remissuri sint aut casuri. Ipsi enim sunt custodes ecclesiæ & mundi huius, quorū præsidio consistit & conseruatur. Tunc & molentes redigentur ad paucitatē. Molentes pro ipsis Iudeis accipiendi sunt, qui tanquā in pistriño molentes, graue legis iugū laboriosumq; pertrahunt. Redigentur autem ad paucitatē, quia præter paucos, cæteri omnes ad fidem Christi conuersi erunt. Tunc enim saluus erit omnis Israël, hoc est, plurimi ex Israël. Tunc pauci illi qui ad fidem Christi non accesserint, qui nunc dici possunt modicū quid per foramina literæ legalis aspicere, cæcitate ultima caligabūt & tenebrescent, cum in ipso errore penitus fuerint confirmati, & uiuentes in obſligatione & contumacia, ianuam salutis sibi ipsis occluserint. Platæam uero siue forum pro præsenti uita intellege. Illud autē patientur Iudei quod superius dictū est, eo quod permanferint contumaces in infirmitate uocis molētis, hoc est, legalis literæ. Grauis enim lex est, atq; etiam debilis & infirma, cum iustificare nemine posset, sicut & Apostolus inquit: Infirmitas enim legis, in qua Rom. 8 infirmita est propter carnem. & quæ sequuntur.

Et cōsurget ad uocem pascuulī uel auiculæ, & humiliabuntur omnes filiæ cantici, & ab altitudine uidebunt & stupore in uia.

Hoc loco sapiens noster Ecclesiastes loquitur de extremo iudicij die, quando mortui consurgent in iussu

& uoce tubæ archangeli. Iussu autem passeris, hoc est,  
 uerbi, quod carneū corpus assumpsit, qui propter soli-  
 tariam suam in cruce mansioñē de seipso dixit per pro-  
 phetā David: Factus sum sicut passer solitarius in teclō.  
**Psal. 101** Tunc humiliabūtur filie cantici, hoc est, animæ ratio-  
 nales mortalium hominū, quæ in delicijs & in uoce or-  
 gani & cantus suauitate, musicisq; instrumētis oblecta-  
 tæ nimū fuerint. Aut animas intellige falsa docentia  
 magistrorū ac mendaciū prophetarū, quæ sonora uolu-  
 bilitate uerborū quasi dulci quodam cantico, pernicioſa  
 uoluptate occuparint aures et animū auditorū. Sed  
 & ipſe iudicorū animæ, quæ filiae sunt cantici prophe-  
 tarū, humiliabūtur, quoniam non audierūt canentes pro-  
 phetas & uocantes eas ad fidē Christi: sicut cecinit Eſa  
**Eſa. 5** ias: Cantabo dilecto canticū dilecti: & quæ sunt generis  
 eiusdem. Omnes itaq; prædictæ peccatorū animæ, sed  
 fortasse et iustorū animæ admirabūtur et obſtupescen-  
 tia quando adducētur in uitam iudicij, & uidebunt ex alto  
 uenientem in nubibus filiū hominis in gloria patris ſuī.  
 Florebit amygdalus, & pingueſceret  
 locusta, & diſſipabitur capparis.

Cum præſentē uitam animo Salomon reputaret, in  
 Cantico canticorū inquit: Hyems transiſt: triftitiā uitæ  
**Cant. 2** huius ac turbulentia denotans. Ver autē nominavit fu-  
 turā in ſplendore glorie uitam iustorū. Sequitur enim:  
 Flores uisi ſunt in terra noſtra. Idem ergo nunc ſibi in  
 mentē uenit, atq; ait, quod tunc in gloria resurrectionis  
 florebit.

florebit amygdalus, pinguescit locusta, & aperietur  
 capparis (ita enim aliis interpres exposuit.) hæc autem  
 omnia Vere ipso proueniunt. Ait ergo, futuram uitam  
 uerno tempori esse maxime comparandam. Aliter.  
 Qui agriculturæ sunt periti, aiunt ante cæteras arbores  
 efflorere amygdalū, & reliquarū postremā folia exue-  
 re, ut uideatur quodāmodo frondibus uirere perpetuis.  
 Scimus autem nuces amygdalas triplices esse. Nam ex-  
 trinsecus uiridem calicem ligneæ testæ, siue duriori pu-  
 tanini impositū habent, cui nucleus inest, quem come-  
 dimus. Talis uero est homo è corpore, anima, spirituq;  
 cōpositus. Inquit ergo: Tunc florebunt iusti sicut amy-  
 gdali, habentes in uigore & gloria, corpus, anima &  
 spiritu. Aliter. Virg i Aaron quam germinasse cre-  
 dimus, nuces protulit, gerens signū saluatoris domini Ie-  
 su Christi, qui uirga fuit egressus è radice iesse. Ait ergo  
 quod in futuro seculo sacer florebit sermo dignus auditio-  
 nibus, perfectam tribuens doctrinā. Iustis igitur in hoc  
 gaudio constitutis, locusta pinguescit, hoc est peccatorū  
 corpora depascetur infernus, ita ut pinguis cere uideatur.  
 Locusta enim hoc loco suppliciū figurat & pœnā,  
 quia & locustis deus Aegyptios deuastauit. In hoc itaq;  
 statu rebus constitutis, florentibus inquam iustis, pecca-  
 toribus autem traditis ad æternū suppliciū, dissipatur  
 capparis & euaneat. Quæ cum amarorē quendam &  
 falsedine habeat, anxietate figurat solitudinemq; pec-  
 cati. Ipsum uero peccatum, priuatio quædā cum sit, neq;

152 OLYMP. IN ECCLESIAST.  
revera subsistat: in nihilū redigetur atq; cessabit, cum  
homines exacto iudicio, amplius in hoc mundo peccā-  
turi non sint.

Quoniam iuit homo in domū æter-  
nitatis suæ.

Psal. 119

Inquit propheta David: Hei mihi quia incolatus  
meus prolongatus est: non perpetuam habitationē, sed  
incolatiū uocans præsentem uitam. Tunc ergo, inquit,  
comigrans homo è præsenti incolatu, in æternam suum  
domum, hoc est futurum seculum perueniet.

Et circūierunt in foro plangentes.

Tunc & qui fuerunt in hac uita peccatores, plora-  
bunt & se percutient. Forum uero siue platea præsens  
dicitur uita, propter crebras rerū uices ac mutationes.

Anteçp eueriatur funiculus argenti.

Orationem conuerit ad auditorē quem admonen-  
dum suscepit, aitq;: Cura adolescens ut pijs operibus  
tuaq; probitate seuerum uenturum iudicem tibi plac-  
abilem reddas atq; demulceas, antequam per supremam  
iudicij flammā delectantur huius mundi diuitiae, funicu-  
lusq; auaritiae scindatur, qui materiam præbet omnibus  
peccatis ad homines implicandos: radix enim malorum  
omnium auaritia prohibetur. Antequā igitur excedas  
ab hac uita, in qua uiget dolosa pecunia & auaritiae stu-  
diu, dispone omnes operationes tuas, ut securus iudicij  
futuri egredi possis.

Et anteç

## Et antequā conteratur flos aurī.

Florem aurī pulchritudinē intellige, uel arcām re-  
positoriū ue in quo aurum repositū asservamus. Ait  
ergo: Antequam preciosa mundi huius supellex dispe-  
reat, accede ad uirtutem. Aliter. Argentū plurimis  
in scripturæ locis pro diuino sermone accipitur, aurum  
uero pro intellectu ac mente. Thecam uero auri intelli-  
gimus nostrum cerebrū. Ita igitur uerba hæc expones.  
Antequam transcat tibi doctrina sacræ scripture, que  
instar triplicis funiculi ac flagelli, malas nostras affectio-  
nes uitiaq; depellit, dum potes cerebrū tuum purgare,  
donecq; es in uita, multam tui rationem habeto.

Et antequā conteratur hydria super  
fontem.

Hoc loco Ecclesiastes noster philosophatur de massa  
ac globo humani corporis. Ne quis enim putaret cor-  
pus hoc nostrum, quod in morte resolutur in nihilum,  
perpetuò abiturum esse, symbolice nobis ostendit suam  
reparabilem perennitatē. Sicut enim hydria iuxta fon-  
tem attrita, aqua non perit, nec euaneat, sed in fontem  
suum reuertitur, rursusq; cum quis uoluerit aquā potes-  
tit haurire de fonte: ita & corpus quod in elementa re-  
solutur, in fontem suum, terram uidelicet ipsam reddit,  
paratū iterum in membra componi, quando autorille  
uoluerit, qui ab initio illud plasmavit. Aliter. Aqua  
hydriæ in fonte non perit, sed ad suam plenitudinē inte-

gritatemq; accedit, in fonte ipso existentem. Quando igitur quod ex parte est euacuatū fuerit, iuxta Apostolum, tunc ueniet quod perfectum est. Particularis itaq; hæc nostra cognitio, quæ nunc nobis inest, tunc perfectionem suam accipiens, erit uelut aqua hydriæ, ad plitudinem fontis deueniens, fonti parte tunc addita, quæ fons prius carebat.

**Et antequam conuoluatur rota susper lacum.**

Alijs eandem sententiā uerbis expressit. Conuoluī enim rotam super lacum, est rotā conuoluendo infringi ac decidere in lacum sive cisternam unā cum aqua ipsa, quam figuli suo operi superinfundūt. Rotam enim hoc loco accipit cisternæ uel puteo appositiā, qua figuli solent aquam exhaustire. Similiter autē hic quoq; aquam intelligit in lacū deferri, sicut superius suum in fontem.

**Aliter.** Rota accipitur pro nostra hac uita, ob ipsas  
**Psal. 28** revolutiones ac motus, iuxta illud: Vox tonitruī tui in rota. Inquit ergo: Anteq; rota huius uitæ nos secū p̄cites deuoluat in lacū, propriā curemus salutem. Lacus.

**Psal. 39** uero pro inferno accipitur, iuxta quod alibi dicitur: Sal uisti me de lacu inferiori, et à descendentibus in lacum.

**Et antequā reuertatur puluis in terram** sicut erat.

**Corpus nanq; nostrū in affine sibi elementū terram**  
**Gen. 3** soluitur, iuxta illud: Terra es, & in terrā reuerteris.  
 Et spiritus

Et spiritus reuertatur ad deum qui dedit illum.

Spiritus si cum animae uocabulo coiunctus legatur; potiorē animae uim, hoc est, intellectū mentemq; significat. Sin uero ita simpliciter et absolute positū inuenias, sine illa mētione animae, sicut hoc loco ponitur, pro anima ipsa positus intelligitur. Inquit ergo: Cum in terrā corpus resolutur, anima reuertitur ad deum, redditura rationē rerū quas gesit in uita creatori suo. Neq; enim de terra plasmata est anima nostra rationalis, sed talis existit, quale solus ille nouit, qui eam creauit. Nostroq; huic terreno corpori colligatur, sicut etiā ex corpore educitur, cū illi soli placuerit, qui eā corpori colligauit.

Vanitas uanitatū dixit Ecclesiastes, omnia uanitas, & amplius: quod fuerit ipse Ecclesiastes sapiens, & docuerit hominem scientiam. Et auris inuestigabit elegantiam parabolārum.

Repetit hoc loco quem superius persēpe usurpauit sermonem, afferitq; omnia quæcunque sunt in mundo uanitatem esse, se uero ipsum nonnihil amplius quam ceteros homines accepisse, hoc est, egregiae ac singulare sapientie propriam possessionem: sola nanque sapientia solius est sapientis possessio. Ait præterea se hanc sapientie possessionem sine inuidia ceteris communicasse hominibus, tam uidelicet ea tradentem que-

ad sensibiliū rerum spectant cognitionē, quām ea que  
à materia sciuncta intellectu solo percipiuntur. Tum  
subinfert, quod qui purgatam habuerit aurem, quadem  
uidelicet ille qui dicit: Apposuit mihi aurē ut audire:  
poterit facile inuestigare elegantias scientiarū, que in  
proverbijs continētur. Aut aliter ita intellige. Qui  
habuerit elegātem aurem ornatam inauribus verbi  
diuini, qualem habuit Rebecca, que accepit inaures à  
puero seu seruo Abraham, hic poterit audire atq; per-  
cipere que parabolice traduntur.

Multum quæsiuit Ecclesiastes ut in-  
ueniret sermones uolūtatis, & scriptos  
rectitudinis sermones ueritatis. Verba  
sapientū sicut stimuli boum, & sicut cla-  
ui igniti, quæ ex cōstitutionibus tradita-  
sunt à pastore uno, et superfluū ex ipsis.

Sermones uoluntatis intelligit conformes sermones  
uoluntati diuine, quos quisquis sequutus homo fuerit,  
percipiet gloriam uitæ, ac felicitatis æternæ. Vel sermo-  
nes intelligit mysteria continentia, de quibus ait salua-

**Psal. 39** tor in psalmis David: Ut facerem uoluntatē tuam deus  
meus uolui. Voluntas autē fuit patris, ut unigenitus fi-  
lius suus humanam carnem assumeret. Voluntatis itaq;  
diuine sermones, ipsiusq; sapientiae, que & rectitudo  
& ueritas iure optimo nuncupatur, quæsui, inquit no-  
ster Ecclesiastes, ex ijs monumentis, que scripta pro-  
pheta

phetæ nobis reliquerūt. Neq; enim satis est tantummodo uoluisse, nisi & multo quoq; studio perquiramus. Quē enim querit inuenit, & pulsanti aperietur. Hæc igitur cum quæsisset Ecclesiastes, cognouit quod uerba prophetarū pieq; deo sentientiū patrum, sunt persimilia stimulis boum. Sicut enim stimuli boues pungunt, ut geniq; aratro sulcum proscindere, ita & theologorum uerba excitant nos, qui s̄p̄ bona aramus, proscindere sulcum spiritualem: ut cum purgatus fuerit ager cordis nostri, pulchros in eo uirtutis surculos conseramus. Similia quoq; sunt clavis ignitis atq; candardibus, qui aliis ac facilius lignis insiguntur: ita & sapientiū uerba theologorum, in penitusimos sinus intellectus nostri aliis siguntur. Hæc autem uerba tradita sunt nobis ex constitutionibus: alia uero exemplaria habent, è compositionibus. Constitutiones autem sive compositiones, intellige opera dei, quæ admirabili ac supremo ordine & harmonia disposita et cōstituta sunt: ex quibus proportione quadam ac similitudine ducimur in aliquā dei opificis cognitionē. Poteris & constitutiones hoc loco accipere pacta utriusque testamenti, veteris scilicet ac noui. Vnde autem cognitio data est nobis, ut & sensibilia specularemur, & intelligeremus quæ intellectualia sunt? Ex uno nempe pastore. Quo autem? qui scilicet & in cœlis & in terra rationales pascit creaturas: qui & dixit: Ego sum pastor bonus. Sequitur autem: Et Ioan. 10

superfluum ex ipsis. Quodnam superfluum ex harum scilicet rerum cognitione? Ampla enim & permagnifica cognoscimus, utputa, quod hæreditas nostra vita æterna futura est: quod bonus ille pastor dignatus est noster fieri magister: & (quod deniq; in suprema felicitate locandum est) quod qui digni habiti sumus imperfecta hac cognitione, que est ex parte dum uiuimus, ad perfectam deinde in futuro seculo ueniemus, puri pariter à sancta consubstantiali trinitate illustrandi.

Fili caue tibi à faciendis multis libris, quoniā non est finis, & meditatio multa carnis labor.

Multi libri multiq; sermones, qui nō tendunt ad unū eundemq; propositū finem, conturbant animā legentis atq; confundunt. Quoties uero cunq; de uera religione sermonē quis faciat, tametsi in longum spacium temporis illum protrahat, sicut Apostolus fecit, qui in schola trinoctium de mysterijs Christi perdocuit: is neq; tunc multa dicit, neq; molestus est & importunus, immo uero potius auditores satiare non potest. Talia etiā sunt sanctae scripturæ uolumina, quæ multis cōscripta uersibus, multa tamen nequaquam dicuntur, sed lex domini nuncipatur: quandoquidem unus in utroq; testamento legis est lator, libriq; omnes sanctæ scripturæ in eundē finem scopumq; feruntur: sicut et nos dominus docuit, qui uere magnus est Ecclesiastes, patrisq; sapientia, his maxime verbis:

verbis: Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, Matth. 22  
O proximū tuū sicut te ipsum: in his enim duobus man  
datis, tota lex & prophetæ pendent. Vides ne igitur ut  
in sermone uno & uerbo abbreviato, multiloqui libri  
argumentosi cōprehendantur, neq; ideo multis sint?  
Quæ sunt itaq; uolumina quæ nos dehortatur compo  
nere Ecclesiastes? Nempe gentiliū uolumina & monu  
menta, qui scilicet alter alterius euertunt & impugnat  
sententias, semperq; inter se grauissimū bellum gerūt.  
Necno absterret nos ab hæreticorū libris iniucem dissi  
dentū, recētibusq; Iudæorū uoluminibus ac secūdarioris,  
quæ infinita propè sunt, fabulisq; conferta. Dum enim  
scripturas nouis quibusdā figuris interpretari student,  
in ridiculas fabellas et genealogias conuersi sunt, tradi  
tionesq; ediderūt à sententia scriptoris longissime aber  
rantes. Multa itaq; meditatio, quæ in huiusmodi confi  
ciendis libris adhibetur, solū affert labore carnis, & af  
fligit corpus sine ulla utilitate ac fructu. Meditatio uero  
quā intendimus circa diuinos libros, in qua nos uersari  
die noctiūq; sanctus David hortatur, cū dicit: Et in lege Psal. 7  
eius meditabitur die ac nocte: non labor est carnis, sed  
exultatio spiritus. Quamuis enim in sudore & lachry  
mis seminemus, laborates circa honestū, in exultatione  
tamen metemus inclitiū uirtutis fructū. Bonoruū siquidē Sap. 9  
laborū, gloriōsus est fructus. Aduertendū est autē quod  
filiū suum uocat Ecclesiastes, quæ admonendū suscepit.

Curandum est igitur nobis, ut omni studio paternā hanc dignationem seruemus. Quod profecto faciemus si paterna mandata non transgrediamur. Quod uero ait, nō est finis intellige, homines sine fine uersari circa res uanas, uel quod res uane propositum finem fructumq; illum non habent, quem consequā possumus illas persequentes: uel quod infinita laborū est multitudo, qui per orbem terrarum circumferuntur.

Audi supremū finem sermonis: Deū time, & mandata eius obserua: quoniam hoc est omnīshomo. Omne opus adducet deus in iudiciū, in omni quod omisum fuerit, siue bonum siue malum.

Ego, inquit, tibi compendiosam & brevissimam salutis uiam ostendo: Deum time, & mandata eius obserua. Timorem uero intellige, non qui est ualde imperfectorū quasiq; seruilis, quo incipientes ac timidi introducuntur in uirtutis ac pietatis uiam: (Hic namq; propter imminentes minas formidatāq; supplicia, perturbatio ne non caret) sed intellige timorem domini sanctum & sanctificātem, quem debemus ex charitate pioq; affectu erga illum qui leges tulit, mandataq; seruari sua insti tut. Si enim carnem à fornicatione compescamus sup plicij metu, nō charitate iubentis, quis dubitet quān sublatō iudicij pœnarūq; terrore, in foedas libidines prola psuri simus, cum stupri desideriū in pectore habeamus?

Quod

Quod & de cæteris flagitijs que lege nobis prohiben-  
tur intelligendum est. Si uero non minarum metu atq;  
supplicij, sed odio uitiorum peccare nolumus, tunc cha-  
ritate prosequentes latorem legis, mandata eius serua-  
mus, et cauemus seduli ne defluamus. Sancto enim timo-  
ri adiuncta est operatio: sicut et qui operatur, idem etiā  
timet ne quod præceptum contemnat atq; posthabeat.  
Timor hic itaq; sanctus cū ab honestate profiscatur,  
nostras sanctificat animas et charitati æquipolle. Qui  
uero timorem hunc habet, & mandata dei custodit, hic  
est sapiens omnis homo, hoc est, integer & undecunq;  
perfectus. Hæc itaque, inquit, securus operare: certus  
quod omne opus humanum à liberi arbitrij facultate  
profectum adducet deus in iudicium, rationem à nobis  
exigēs eorū que gesserimus in uita, queq; etiam facere  
omiserimus, siue illa bona sint siue etiam mala. Omit-  
tuntur autem persæpe multa sedulo ac uolentibus no-  
bis, multaq; rursus nobis inuitis. Nam si cum possum be-  
ne quid facere, illud tamē sciens bonum esse omitto atq;  
posthabeo, hæc uoluntaria est omisio. Si uero per igno-  
ratiā boni, omisi operari bonum quod poteram, hæc  
ipsa omisio præter uoluntatem contingit. Accidit au-  
tem ut inuiti quādoq; bonum operemur, persæpe uero  
scientes atq; consultō: rursusq; contrariaratione, ma-  
lum persæpe aggredimur consciij quid patremus, no-  
stramq; conscientiam contemnentes: hoc sane ipsum  
uoluntarium est peccatum. Quandoq; uero per igno-

162 OLYMP. IN ECCLESIAST.

rantiam patramus aliquid quod lege diuina prohibe-  
tur ne fiat, quod sane peccatum præter nostram uolun-  
tatem contigisse putandum est. De huiusmodi uero pec-  
catis & beatus David orabat dicens: Delicta quis in-  
telligit? Ab occultis meis munda me domine: hoc est,  
quæ per ignorantiam peccavi, cum mala esse nescirem.  
Nos autem bene iam per Ecclesiasten edoceti, timeamus  
deum, & illius mandata custodiamus, omni nostra con-  
tentione ac studio: summa enim salutis nostræ in mis-  
ericordijs domini, ac benignitate iudicis reposita est:

cum quo, & per quem, deo patri est gloria,  
sanctoq; spiritui, & nunc & in secula  
seculorum. Amen.

OLYMPIODORI FINIS.

ARISTEAS AD PHILO<sup>s 163</sup>  
CRATEM FRATREM, DE LXXII.  
INTERPRETIBVS, MATTHIA  
PALMERIO PISANO IN<sup>z</sup>  
TERPRETE.

PROOEMIVM ARISTEAE.



VM permagni semper feceris  
Philocrates cuiusque rei cogni-  
tionem, miroq; discendi amore  
tenearis, rem præstantem & co-  
gnitu dignā ad te scribere statui,  
quæ nuper nobis contigit apud

Eleazarum summum Iudeorum sacerdotem. Vcrum  
enim quo harū rerum facilior tibi foret cognitio, causas  
primum ob quas eò missi sumus, inde rem ipsam quam-  
uerissime explicare conabor, cum propter ipsius rei di-  
gitatem, tum propter eam (quæ animo tuo insita est)  
rerum omnium noscendi cupiditatem. Inest namq; id ho-  
mini præstantissimū, ut uel ab historijs, uel ab ipsis re-  
bus semper aliquid discat. Sic enim rudis adhuc animus  
quasi infans maxime exornatur, cum in initio pul-  
cherrima queq; & rerum dignissima cōpleteſtens, pie-  
tatem lege infallibili, rationemq; sequitur. Igitur cunct  
rerū diuinarū notitiam magno studio perquireremus,  
diuina lex sine interprete cognosci non posset, nos  
pro eius translatione legationem uel ultro suscepimus.

ad hūc talem uirum quā bonitate & gloria, & à suis cī  
 uibus, & alijs omnibus honoratissimus habeatur: quiq;  
 magno decori atq; usui sit, nō solum ijs quibus cum una  
 uersatur, sed cæteris etiā ciuibus quo cunq; in loco sint:  
 diuina siquidem lex apud eos membranis cōscripta, lis  
 teris hæbraicis continetur. Hanc uero rem nos cupide  
 egimus, sumpta à rege proficisci di occasione à Iudeo  
 rum colonijs, quæ primum à patre huius regis, qui ur  
 bem & prouinciam obtinuit, in Aegyptū deductæ sunt.  
 Sed quando in harum rerum mentionē deuenimus, dis  
 gnum duximus eadem tibi aperire, quo maior inde esset  
 cognitio. Arbitramur te namq; uenerando cultui longe  
 magis intendere, quam hominum, et si sanctas, legiam  
 constitutiones inquirere: quod quidem desideriū tuum  
 uel maxime patet, quando ex insula ad nos usque pro  
 fectus sis, ea solum gratia, ut quicquid ubiq; esset quod  
 animum exornaret, coram cognosceres. Etenim primo  
 quæ memoratu digna uisa sunt de Iudeorū genere, ad  
 te scripsi, sicuti accepi ab eruditissimis Aegypti sacer  
 dotibus, uiris quidem prudentissimis, quo cruditionem  
 hac tuam si quo modo possem iuuarem. Oportet enim  
 acceptas gratias omnibus quidem referre, sed maxime  
 similibus: uerū multo magis tibi, cui cognita sit uirtus:  
 neq; solum ex genere ipso fratris morem referas, sed &  
 ad decus quidem & pulchritudinē, eodem mecum im  
 petu ducaris. Neq; enim auri gratia, aut quiuis precios  
 siſſimaru rerum ad inanem gloriam apparatus, eos no  
 bis

bis fructus afferunt, quales ab eruditionis institutione,  
earumq; rerum consideratione percipimus. Sed ne longus  
gius præfati, nos ad ostentationem exercere uideamur,  
iam redeat unde discessit oratio. Demetrius Phale-  
reus cū regis bibliothecæ præpositorus esset, diligenter cu-  
ra laborabat, ut ex uniuerso orbe, quo ad fieri posset,  
volumina compararet, distributis per opportuna loca  
hominibus, qui libros & emerent & transcriberent.  
Quo studio demum perfecit, ut quantum in se erat ad-  
impleretur regis propositū. Nam, præsentibus nobis,  
cum ab eo peteretur quot librorū millia congregasset,  
inquit: Rex supra ducenta millia iam in bibliothecam  
redacta sunt, breuiq; numerū adimplebo, qui ad quin-  
gentorū millionum summam ascendat. Nunciatur quoq;  
mihi Iudeorū leges transcriptione dignas esse, & que  
in biblioteca tua habeantur. Quid igitur obstat? ait:  
Quid te hoc facere prohibet? Nonne omnia tibi in hunc  
usum prompta, subiectaq; sunt? Cum respondisset De-  
metrius, interpretatione opus esse, quoniā ita proprijs  
characteribus secundum eorum linguam Iudei uteren-  
tur, quemadmodum & Aegyptij suarum literarum di-  
spositionem ad propriā uocem sequantur. Nam longe  
falluntur qui Syria lingua illos loqui putant, cum alias  
sit illorū dicendi modus. Intercipiens ea rex inquit, scri-  
ptorū sese ad Iudeorū pontificem, ut omnia perficiant-  
tur. Hic equidem tempus adesse ratus sum eos liberan-  
di, quos ex Iudea regis pater traduxerat, quaq; pro re

Sæpe rogauerā Sosibium Tarentinū, & Andreā p̄f̄se  
 ctum corporis custodum. Ille enim unā cum Andrea du-  
 cens exercitū per Cœlesyriā atq; Phœnicīā, omnia sibi  
 subiecit. Nam hos quidem in coloniā, illos in p̄edā ab-  
 duxit, cuncta terrore prosternens, adeò ut ex Iudea ho-  
 minū centū millia in Aegyptū dederet. Ex quorū nu-  
 mero armatis electorū triginta milibus, eos in provin-  
 ciæ custodiā dispositi. Antea quoq; & multi cū Persis,  
 atq; inde alijs, cum socijs qui aduersus Aethiopū regem  
 cum Psammitico misi sunt, uenerāt: sed non tanta mul-  
 titudine affuerunt, quantā solus Ptolemaeus Lagus de-  
 duxit. Nam sicuti diximus, ille uiros quoq; ætate atq;  
 robore p̄f̄stantes eligens, armanit: cæterā uero collus-  
 uionē iuniorū, senum, et fœminarū, in coloniā instituit,  
 ea mente, ut si quando milites sui ob bellorū necessitatē  
 in sole scerent, his eorum iactantiam compesceret. Nos  
 igitur qui ad horum hominum libertatem, modum di-  
 qucm (quemadmodū dictum est) perquireramus, sum-  
 pta tunc opportunitate, uerbis huiusmodi ad regem ius-  
 sumus: Non absurdum est rex, si aliquando accidat, ut  
 quis ab ipsa re redarguat. Nam cum omnibus Iudeis,  
 una sit lex, quam nos non solum transcribere cupimus,  
 sed interpretari, qua ratione ad eos mittemus, quando  
 in regno tuo distinctur magna eorū multitudo? Verum  
 enim diues animus & p̄f̄stans, solutis ijs qui in ærum-  
 nis habentur, legem peteret: presertim quando Deus  
 ipse regnū tuum fortunet, qui illis eam legem dedit, pro-

pter

Pter quam t. antopere laboramus: omnium enim factorem & creatorem deum isti colunt, quem & mortales omnes. Sed nos rex aliter denominantes, Iouem appellamus, quem admodum non insipienter maiores nostri significarunt: quoniam singula quæ sunt, per eum & stant & uiuant, quem ductorem omnium & dominatorem uolunt: qui etsi omnes mortales subiectos habeat, tamen splendore animi præfulgens, implorantii uota minime fallit: sic & nos animo deum precari debemus, ut mentem nostram erga omnium libertatem recte instituat. Nam cum figmentum dei genus hominū sit, & mutetur rursus atq; uertatur ab eo, propter hoc sæpius multisq; modis precamur dominatore cordium, ea persicere quæ imploramus. Hoc equidem sermone magnā spem conceperam rei patrandæ, cum præsertim recta precantibus diuinum quoq; numen adsit. Quæ enim ad iustitiam atq; bonorum operum rationem tendunt, si ea homines sancte agere enituntur, dominator omnium deus, illorū actiones affectusq; dirigit. Rex tunc paululum se inclinans, uultu exhilarato, Quot, inquit, millia esse arbitraris? Andreas qui aderat breui respondit: Supra centum millia. Tunc rex: Paruum est, inquit, quod nos orat Aristreas. Sosibius autem & astanum quidam: Dignū est aiunt tua magnanimitate rex, si horū libertatem pro gratiarū munere, maximo deo offeras. Nam cum maxime honoratus es à dominatore omniū, & sublatus super maiores tuos, decens quoq; est ut m-

iores etiam tu gratias refras. Hic rex conuiuio in letitia effusus, conquiri omnes præcepit, ac singulorū corpora drachmis uiginti redimi, proponiq; super his edicta, celeri hac in re promptitudine usus. Deus enim de sideria nostra perficiebat, impellebatq; illum nō solum eos libertati reddere, qui ab exercitu patris transducti fuerant, sed omnes qui et prius et postea quocunque modo in regnum peruenissent. Precium autem redemptorū supra quadrageinta talenta ascendit. Edictū uero exemplū ad te transcribere, haud absurdum duxi, quo clarius apparet, et rei magnitudo, et regis facilitas. Deus enim illum in multorum salutem impulit.

Edictum liberationis Iudeorum.

**O**MNES qui cum patre meo per Syriam atq; Phœniciam militantes, Iudeam terram intrauerunt, abduxeruntq; Iudeorū corpora que in urbibus, in agro, alijsq; operibus relegauerūt, ea omnia soluere iubemus et libera esse. Prætereat et Iudeos omnes qui uel prius uel postea quocunq; modo abducti sint, libertati restituere: pro quibus statim in corpus quodq; drachmas uiginti accipient, quas milites quidem in cibariorū distributio ne, cæteri ex regia mensa sument. Arbitramur namque præter patris mei consulta, præterq; æquum et rectum hos captiuos deductos, uastatamq; regionem, atq; hominum huiusmodi in Aegyptum deductionē, militum temeritate factam esse putamus. Satis enim cōmodi sibi fuerat ex loci militibus, quando prouincia omnis dicto pareret.

pareret. Cum igitur iusta uniuersis hominibus reddere intendamus, atque ijs maxime quibus per iniuriam dominatur, perscrutantes singula quæ ad rectum iustumq; ducunt, ac pietatem ante omnia proponentes, quæcunq; Iudaicorum corporum ubique, uel in colonijs, uel quo- cunq; modo in regnum deducta, capite seruant, libera esse censemus. Ad haec ne quis damno afficiatur, iube- mus, ut omnes, tribus diebus ex quo hoc edictum fixum fuerit, extemplo libellos porrigant, quibus certò contineatur, quot quisq; capita libertati tradiderit: hoc enim sic perfici, & nobis & regno conducere arbitramur. Eorum uero qui non paruerint, bona publicentur: quos quisquis deferre uoluerit, cuiuscunq; sententiam apex imperamus.

Perfecto edicto, cum id regi traderetur, ut cognosceret an ita ex uoluntate sua conscriptum esset, & cæteræ omnia adessent, præter hoc tantum, Et qui antea & quiq; postea in regnū peruenissent: rex id ipsum ob magnificentiā adiecit, moxq; accumulatam pecuniā deponni, ac ministris numularijs s̄q; suis distribui iubet. Diebus uero septem perfecta est huiusmodi distributio, persolutaq; sunt supra sexcentorū sexaginta talentorū millia. Nam ingens puerorū multitudo cum ipsis ma- tribus libertati redditæ est, & in cuiusq; capita pro rea gis iussu drachmæ uiginti appense: hanc enim summā cum uoluptate perfici mandauerat. Post haec imperat rex Demetrio, ut summam hebraicorum uoluminū sibi

libello præbeat. Mos nanque regibus his, cuncta editis proferre, ita ut nec minimū quidem sine rescripto agatur, propter magnificentiam, & certam rerum fidem. Quapropter quo res ipsas uel oculis cernere possis, rogationis & epistolarum exempla traduxi. Licet enim ipsis in tabulis cerni liberatorum multitudinem, quōne quisque habitu & arte differret. Rogationis uero Demetrij ad regem exemplum hoc est.

## Demetrij rogatio.

Cum instituisses rex ut uolumina undique perquirerentur, que ad implendā bibliothecā tuam decentemq; ornatum facerent, id equidem omni diligentia cuncta perscrutans, tibi significo Iudeorū legis libros, & passos quosdam adhuc deesse. Illa quidem hebraicis literis & lingua conscripta est, & propter hoc hactenus suis tantum cognita, ad regias manus adhuc minime peruenit. Sed digna est ut ipsa quoq; inter tuos libros habeatur, cum propter sapientiā que in illa continentur, tuus propter eius sublimitatem, utpote diuinam. Cuius rei gratia & apud poëtas & historicos, horum uoluminū frequens est mentio, quoniam perutilis sit & ad reges mos, & respublicas instituendas, ob hominū praestantiam, qui illic describuntur, & rerum uenerationē, quemadmodū Hecatæus Abderites inquit. Igitur si tibi uidetur rex, scribatur Hierosolymam ad Pontificem, ut mittat ad te ex omni tribu sex, viros quidem optimis moribus institutos, & aetate uenerandos, ac ipsius legis meditatione

meditatione doctissimos: ut multis omni acumine interpretantibus, consonū quoddā eligētes, rem tanto opere tuaq; electione dignā conficiamus. Perpetuò uale.

Hac rogatione accepta, rex literas ad Eleazarum de his rebus decernit, quibus significabatur captiuorū liberatio. Addit præterea ad sacerdotū decus, crateras, phialas, mensam, atq; libamina, auri pondo talēta quin quaginta, argenti septuaginta, & preciosorū lapidum ingens precium. Præcepit ad hæc ærarijs & artificibus cuncta ad opus illico præbeant, & pecuniā ad sacrificia atq; alios usus talentorū centum. Sed quò huius apparatus quæq; rectius intelligas, regiæ epistolæ exæpla, quæ huiusmodi uerbis extat, afferemus.

Rex Ptolemæus Eleazarō summo Iudeo-

rum sacerdoti S. P. D.

Cum Iudeorum plurimi nostram regionem incoleant, qui Hierosolymis abducti fuerant eo tempore quo Persæ rerum potiebantur, quiq; patrē meum in Aegyptum uincti sequuti sunt, ex quibus plures in militū ordinem adegit, fidos quoisque in præsidij collocans, quo auxilio munitus in solecentes Aegyptios compesceret: nos post ubi regni gubernacula cepimus, benignitate erga omnes, tum maxime erga ciues tuos affecti, eorū super centū millia libertate donauimus, in capita queq; digno precio dominis reddito. Studemus enim ea ratione cōponere, si quā armorū impetus à bono rectoq; deduxit: arbitrantes pie id agere, si hoc munus pro grā

tijs referamus magno deo, qui regnū nostrum pace atq; gloria insigni, per uniuersum orbem concelebrauerit. Quapropter alios qui in exercitu seruiebant, ut contuberniales essent, effecimus: alios qui fide digni haberentur, aude nostræ præfecimus. Sed cum his & uniuersis qui per orbē sparsi sunt Iudeis grata edere cupiamus, instituimus legem uestrā quæ hebraicis literis continetur, in græcam transferri linguam, ut & ipsa quoq; in bibliotheca apud nos, cum alijs regijs libris habeatur. Recte igitur facies & rem nostro studio dignam, si ex omni tribu sex elegeris seniores, qui quamoptime educatis sint, & in legis eruditione comprobati, quiq; ad interpretandam optimi sint. Nam quando ad eam interpretandam acutiori meditatione opus est, ex plurium consideratione uerum elicetur. Arbitramur siquidem tanto opere perfecto, magna inde nos gloriam assequunturos. Mittimus igitur harum rerum gratia, Andream custodum corporis nostri principē, & Aristeam, viros quidem apud nos honoratos, qui munera ad sacrificia aliosq; usus offerant, argenti talenta centum. Tu uero si ad nos rescribas, si quid est quod desideres, rem gratam nobis & amicitiae dignam facies: statim enim perficiemus, quæ te cupere intelligemus.

Eleazarus epistola hac accepta, uerbis  
huiusmodi respondit.

**E**leazarus pontifex regi Ptolemæo amico splendide diissimo salutem. Si uales & regina Arsenoë, soror &  
liberi,

liberi, bene est, & ut uolumus. Ego quoq; ualeo. Literæ  
tuae magno nos gaudio afficerunt, cum propter consi-  
lum tuum & institutum, tum propter egregiam erga  
nos uoluntatem: quibus acceptis aduocato in concionem  
populo, multa de benignitate tua erga nos disseruimus,  
ut cognoscerent oblationes & pietatem tuam erga deum  
nostrum, ostentantes aureas phialas uiginti, & argen-  
teas triginta quas misisti, crateres quinque, & mensam  
propositionis, atq; argenti inde talenta centum in uicti-  
marum apparatu, aliosq; usus, quorum sacra indigen-  
tia obtulerunt Andreas præstantium unus apud te, &  
Aristeas, uiri quidē pulchritudine & moribus insignes,  
doctrinaq; præstantes, tua profectio instructione & iu-  
stitia rebus omnibus digni, qui nobis desiderium tuum,  
quem admodum & literis continebatur, plurimis expli-  
querunt. Igitur cuncta quæ tibi cordi sunt, quanquam  
difficilia, perficiemus: quod magnū amicitiae & amo-  
ris argumentū est: maximo enim beneficio & incom-  
parabili, ciues nostros affecisti. Quare exemplo sacri-  
ficium laudis pro te, pro sorore, pro liberis, & amicis  
obtulimus: & omnis multitudo id orauit, ut bene sit tibi  
dirigatq; uoluntatem tuam in omnibus, & fortunet rea-  
gnom tuum in pace & gloria dominator omnium Deus.  
Utq; sacræ legis translatio multa tibi tranquillitate &  
omodo eueniāt, per acliis sacris, nos ex omnibus (nam  
aderat omnes) elegimus uiros bonos & uenerandoꝝ ex  
omni tribu sex, quos unā cum lege mittimus. Bene itaq;

facies rex iustissime, si perfecta librorum interpretatione, viros ad nos dimiseris. Vale.

Hi sunt vires qui ex cunctis Iudeorū tribubus profecti sunt. Ex prima tribu: Iosephus, Ezechias, Zaccarias, Ioannes, Ezechias, Heliseus. Ex secunda: Iudas, Simon, Somoëlus, Adeus, Matthias, Eschemias. Ex tertia: Neemias, Iosephus, Theodosius, Basæas, Orniæ Datis. Ex quarta: Ionathas, Auxeus, Heliseus, Annias, Chabrias, Sachus. Ex quinta: Iasacus, Jacobus Iesus, Cabateus, Simon, Lewis. Ex sexta: Iudas, Iosephus, Simon, Zacarias, Somelus, Selemias. Ex septima: Sabbateus, Iason, Iesus, Theodorus, Ioannes, Ionathas. Ex octaua: Theodosius, Iason, Iesus, Theodus, Ioannes, Ionathas. Ex nona: Theophilus, Abramus, Arsamus, Iason, Endemias, Danielus. Ex decima: Ieremias, Eleazarus, Zacarias, Banæas, Eliseus, Datheus. Ex xi. Samuel, Iosephus, Iudas, Ioathes, Cabel, Desitheus. Ex xii. Isaelus, Ioannes, Theodosius, Arsamenus, Abictas, Ezezelus. Omnes LXXII.

HAE C quidem ad regiam epistolā responsa sunt. Nunc ea ornamēta quæ apud Eleazarū inuenimus, & quæ missa ad eum sunt, tibi per quam breui explicare conabor. Vario enim opere, singulariç elegātia perfecta sunt, rege non modo cuncta abundantissime præbente, sed sic artificū quosque per se circūcunte, ut ne minimū quidem illis prætermittendi uagandiç locus daretur. Mensa quidem primo enarranda est, quoniā singulari studio

Studio expolita sit. Rex enim in eo opere præstans quid  
atq; elegans reddere cupiens, eiusq; mensæ quæ Hiero-  
solymis uictimas reciperet, dimiſiones ornatusq; expo-  
scit. Ea ubi accepit, maior' ne recipi possit rogat. Quod  
cum & sacerdotū quidam & aliorū respondissent nihil  
prohibere, inquit rex, uelle se in quincuplū excellere, ni  
uereretur ne incōmoda sacrificatiibus reddatur magni-  
tudo. Nam non solū quid capiat locus cōsiderandū est,  
sed multo magis gratam quandā habitudinē ad ea sacra  
qua suprà præparāda sunt, intendendū. Non enim aurē  
mopia (quādo cuncta illis abundarēt) breuioribus men-  
suri quæ adsit, compositā arbitrandū esse, sed ratione  
quadam eiusmodi dimiſionibus perfētā apparere ait:  
Quapropter neq; si longior altior' ue fabricetur, recte se  
habere putare. Igitur cuncta reuoluēs, ut est ingenio ad  
singula iudicāda bono, promptoq; illā summis artificiū  
ingenijs uariante opere expoliri iubet, ita ut quecunq;  
celata essent, ad speciem pulchritudinēq; plana uero ad  
mensurā referretur. Eius enim longitudinē duorū cubi-  
torum, altitudinē uero cubiti unius & semissim perfec-  
runt, non lenteſcente in folia metallo eius aream superli-  
niēte, sed auro purissimo totā solidā elaborauerūt. Huic  
mensæ in circuitu inerat corona palmi unius: plectræ in-  
de & reticulæ sculpturā connexāt, inter se reticulariū  
speciem opere referētes: interrasili expolitæ sunt in tri-  
bus lateribus. Est enī mēsa triangularis, & per singulas  
partes eandē ad opus diſpositionē habēs, ita ut ad quod-

cunq; te latus uertas, eandē faciem frontemq; existimes.  
 Nam si per adiacentem coronam ad ipsius mensē plaz  
 niciem inspexeris, mirae pulchritudinis forma resulget.  
 Exterior uero tractus, propter excellentem geminorū  
 laterum fulgorem, quæ prospectui subjiciuntur, oculos  
 perstringit. Nam triangularis mensa, sicut suprà dixi-  
 mus, quo cunq; modo uertatur, eandem frontem, ean-  
 demq; opportunitatem præbet. Preciosorū uero lapi-  
 dum ornatus illi incrat per medias funium cōnexiones:  
 sic enim aliis apud alium disponebatur, ut inimitabilis  
 operis implicationē redderent, sustentabanturq; omnes  
 extenuatis ex auro fibulis ob firmitudinē infixi. At iun-  
 cludebātur, ut inspetantes fallerent. In latitudine autē  
 circa coronulam in circuitu ad superiorem affectum,  
 lapides qui quandam ouiculorum similitudinem refer-  
 rent, componebantur. Iungebantur & crassiores inde  
 uirgulae, sculptura paululum extantes, & densa inter  
 se positione fulgentes, quæ mensam omnem ambirent.  
 Inferius autē sub huiusmodi lapidum ouiculatione, co-  
 ronulam omni fructu cōtextam, artificis manus ita ex-  
 polierant, ut in ipsis coronæ thoris colligatas unas, spis-  
 cas, palmulas, mala, oleas, rosas, & similiū plura ostend-  
 erent: in quibus nexi auro lapides, qui colore specieq;  
 fructus quosque redderent, mira arte illigabantur, que  
 singula in mensē circuitu frontem, laterāq; ornatu si-  
 mili ambiebant. Corona ouiculorum ornatus iungitur.

Adduntur

Adduntur & reliqua uirgulati, sculptiq; decoris, quæ ab utraq; parte auream mensam sic complexa sunt, ut quacunq; uertatur, eandem sculpturæ undantiumq; pli carum prospectum, & coronæ elegantiā usq; ad locum pedum retineant. Etenim laminā totius mensæ solidam altitudine digitorum quatuor fecerant, quò in ea pedes firmius insererentur: quos quidem ad ipsam coronā obscuris clausuris fibulæ stringebant, ita ut siquando mensa uertatur, utraq; parte utilis, per opportunaq; esset, et eundem aspicientibus decorem præberet. Mensæ uero superficiem Meander curuatis sinibus influere uidetur, in cuius uerticibus alueoq; preciosi lapides, carbunculi, smaragdi, onichini, & cuiuscunq; generis plures, deco- rata specie fulgent. Post huiusmodi amnem, trica quedā innectitur, uisu mirabile, quæ romborum prospectum præbens, crystallo, electroq; figurabatur: in qua quidem terso opere, spectantiū etiam forme refreabantur. At pedes in lilioū figuræ expolierant artificis manus, quæ repandis in ipso uertice folijs mensam sustentaret, erexit intrinsecus ad aspectum frondulis: in paumento pedes huiusmodi firmabantur. Carbunculi lapidis extensio erat in circuitu palmi unius, abrupti cuiusdā spe cien tuisi præbens, producebaturq; in latitudinē digitorum octo, quam supra fulcri huius onus omne recumbit. Ex hoc autem lapide hedera assurgit, quæ florido achanto innexa, iuti implicatur, qua cum una pendens tibis undiq; racemis, ad summum usq; circū ambiunt.

Sed pedibus (qui quatuor mensæ suberant) similis operis dispositio, prospectusq; unus erat. Enim uero sic cuncta diligentia arte, præstantiq; expertorum hominum opere perfecta sunt, ut non uera modo falleret, sed levia quoq; aura frondium crepitum exaudias, refrentibus singulis uerarum rerum imagines. Fecerant et mensæ labia undiq; mobilia, que inexplicabilis clavis sic intersese per operis crassitudinem innectebat, ut uisu, cognituum ue iuncturæ nusquam paterent. Inerat namque mensæ per totum non minus semicubiti crassitudo: ex quo multorum talentorum sumptus expostulauit. Nam ubi istud tuit rex prioris magnitudinem haudquam superandam esse, id omne et longe plura quod ante magnitudini adiici concupierat, ornatui abundantissime prebuit: cunctaq; pro regis desiderio excellenter, eleganterq; expolita sunt arte inimitabili, et pulchritudine decora. Craterum uero duo à base ad medium usque squameo ornatu, opere egregio uisum fallebat, relucenibus per squamarum media lapidibus multa arte dispositis. Hos supra Meander fluuius unius cubiti altitudine ambit, lapidum uarietate et specie incenarrabili cuncta impliens. Post hunc uirgultorum ornatus, inde romborum trica ad summum labium sequens, retis speciem prebet: per quorum medium in clypei formam lapides sic componebantur, ut non minus ditorum quatuor spacio inter se distarent, quo fulgore gravior inerat pulchritudo. Supralabium uero, liliorum corona floribus racemisque inuenitur.

venietitur, quæ implicatorū inter se funium speciem re-  
ferens, omnia circumabit. Hi enim crateres tali ex auro  
ornatu decori, supra duas metretas capiunt. At argentei  
crateres præstantiori decore exornantur, opere terso.  
In eo enim sic intrinsecus singula reluent, & clarius  
etiam quam in speculis apparere soleant. Nec dictu faci-  
le est, quam ad ueri formas cuncta expolita essent, adeo  
ut si huiusmodi uasa aliud apud aliud disponantur, ut po-  
tes si primo argenteus crater, inde aureus, ac deinceps  
argenteus, & item aureus eodem ordine statuantur, res  
prospera mira aspectui efficietur, & quæ intueri non pos-  
sit, oculorū aciem hebetante fulgore. Nam si te ad aurei  
crateris ornatum uerteris, tanto splendore uarijs operis  
oculi percutientur, ut præ admiratione, radiorumque mul-  
titudine qui inde emituntur, abstrahatur animus et de-  
ficiat. Et rursus si ad argenteos te deflectere uolueris,  
omnibus circumicantibus maior luminis effusio ita oca-  
cupat intuentem, ut omnino operis structuram cernere  
nequeat. Phialas uero aureas ita perfecerunt, ut sertis  
uiceis eorum media exornarentur, oras & labia hederæ  
myrtus atque oleæ, in coronæ modum ambiret: in quibus  
preciosi lapides, per comoda queque loca inserebantur.  
Singula namque artifices ad excellentiam quandam regiae  
glorie sic expolierant, ut neque in regis ararijs, neque ora-  
namentis, neque usquam alibi quicquam inueniretur, aut  
ornatus aut operis elegantioris. Rex enim glorie au-  
dus, in his exornandis curam quam diligenter, ma-

gnificantissimamq; habuit. Nam saepius ueniens, opus per se inuisebat, atque opificibus immixtus nonnulla mutabat: studio quoq; instans ne loco moueatuer, donec singula ex sententia sua perficiatur. Quapropter cuncta per quam eleganter, decenterq; expolita sunt, tum propter regis ipsius praestantiam, tum propter Pontificis dignitatem, qui tanto loco praeerat ad quem mittabantur. Etenim preciosorum lapidum ingens multitudo et ignota, sed qui mira magnitudine praestarerat ad quinque millium numerum fuerunt, artificio tamen cuncta superante: ita ut lapidum munus artificiumq; manus, in quincuplu auri pondus elegantia, precioq; excellerent. Hæc idcirco ad te scripsi, quoniam utilitatis plurimum ad rerum cognitionem tibi allatura putarem. Ea uero quæ sequentur, cuncta iter nostrum ad Eleazarum continebunt. Quod ut clarius intelligas, prouinciam primam omnem figurabo. Enim uero ubi ad loca uentum est, urbem in monte suspicimus totius Iudaicæ regionis medianam, sublimem prospectum præbentem: in cuius uertice templum templum apparcat uisu pulcherrimum. Hoc muri tres Salomonis circumambiunt, altitudine supra septuaginta cubitos sublimes: latitudine ea quæ ad altitudinem deceret: longitudine omnem templi apparatus magnifico opere & decoro circueunt. Portarum uero aspectus, & lapidum connexiones, & superluminarii mirum decus, summa claritudine fulgent, utpote quæ nulla sumptuum parsimonia ob magnificentiam cuncta abundantiissime constructio

structa fuerant. Erat et extrinsecus uelum, quo templū  
in circuitu clauditur, appensum, simili portarū magnis-  
ficiā: quod quidem uisu iucundissimum spectaculum  
præbebat, tum maxime cū mota per pavimentū aura  
uelum subintrans, illud ad summum usque crispantibus  
simbus in undarum morem motat. Altare illic pro loco  
cōuenientissime constructū, propter hostias quae super-  
incenduntur, fumario amplectitur. Ascensus autē erant  
ad illud pro loci magnificētia per quam decenter & ad  
decorē simul additi, & cōmodum sacrificantū sacer-  
dotum, qui talaribus ex bisso tunicis induuntur. Tem-  
plū ipsum ad orientem solem uersum, occiduo terga  
monstrat: cuius tractus quadam dimensionū inter se  
cōuenientia, uenusti decoris formā præse frunt. Solum  
omne strato lapide ornatur. Aquarū uero receptacula,  
qua plurimæ ad diluendum iugulatarū hostiarum san-  
guinem funduntur, cōmodis locis oculuntur. Nam fe-  
stis diebus multa uictimarum millia cæduntur. Etenim  
tantus est eductarū aquarum assiduus fluxus, ut peren-  
nem fontem inundare putas. Sed mirabilius est & ferè  
inenarrabile, subterrancorum conceptaculorū magni-  
tudo, qua ad quinq; usque stadia per circuitum templi  
cuncta penetrat. Plumbæ ad ea fistulæ quacunq; per  
muros & templi solum, quibus omnia abluantur mun-  
denturq; descendunt. Sunt & apud aræ basim frequen-  
tes aperturæ, omnibus quidem, nisi ijs qui ministrant,  
incognitæ, quarum influxu & impetu omnis ex hostiis

rum multitudine cruor purgetur. Receptarum autem  
 aquarum multitudinē per hunc modum cōiectauimus.  
 Nam cum nos ultra quatuor stadia extra urbem dedu-  
 xiſſent ad quendam locum, iubent nos subterfluentium  
 undarum sonitum exaudire, qui mihi quidem magnorū  
 uasorum confluxus uisus est. Verum enī uero ministe-  
 rium sacerdotum robore, decore & silentio cuncta su-  
 perabat, omnibus sua sponte laborātibus, quando quis-  
 que institutum opus iniuſſus curat: hi quidem ligna, hi  
 oleum, hi ſimilam, alij aromata, alij carnes incendētes,  
 & roboris excellentiā quandam, dexteritatēq; oſten-  
 tant. Sumptis enim duobus uitulorū cruribus, que pon-  
 do ſupra duo talenta ſint, mira in altum facilitate ſic de-  
 center proſciunt, ut nunquā à loco aberrent. Similiter  
 ouium caprarumq; pondera iaciunt. Sunt enim hofie  
 omnes absque macula, & pingui pŕefantes. Sternitur  
 & ad quietem locus, ubi omnes cubant, unde nullo ex-  
 citante, celeres quiq; ad opus per uices exurgunt. Silen-  
 tium uero tantū inest, ut cum ſeptingenti ſerē miniftri-  
 rum continuò adsint, & offertenū libamina multitudo  
 ingens, nec unum quidem hominem loco uersari putes:  
 summa nang; ueneratione cūcta, & magna dei pietate  
 perficiuntur. Maxima uero omniū illa nos tenuit admī-  
 ratio, ubi primum Eleazarū ad ſacra confiſcimus, ſtola  
 ac uelibus quibus uititur induitū, & ſua gloria aſtantē,  
 & preciosorū lapidum fulgore nitentem. Aitrea nang;  
 tintinabula in circuitu uelimenti eius appensa, ſua uem  
 concentuant

concentum reddunt, interq; punica mala, miro colore  
uarijsq; floribus unumquodq; distinguit. Cingulum su-  
prā pulcherrimis coloribus intextū perquam decenter  
stringitur. Supra pectus quod rationale dicunt pendet,  
in quo duodecim lapides uarij generis auro illigantur,  
quibus cuiuscunq; tribus principum nomina, que in ini-  
tio fuere, scripta sunt. Species natuui coloris inenarrabi-  
lis. Caput cidari (ut appellant) ornatur: supra quod  
mitra de core incōparabili erigitur, regium decus prae-  
frens: ex qua dependet lamina aurea, frontē ad super-  
cilia operiens, ubi sacris literis dei nomen inscribitur.  
Conspectus profecto summæ gloriæ plenus, ac tanto mi-  
nisterio dignus. Tantus enim huiusmodi ornatus fulgor  
emanat, ut horrorem intuentibus, turbationemq; incu-  
tit, referatq; uenientis ad se hominis speciem. At singu-  
lorum conspectus adeò inenarrabilis decoris pulchri-  
tudo mentem suspendit, ut illorum queq; animum in sui  
considerationē rapiat. Hinc ad contemplandam arcem Arx Hie-  
conscendimus, que altissimo loco frequētibus turribus, iuxta  
templum cōmunitur: et quantum coniectura collige-  
re possumus, ueluti ipsius templi propugnaculum, ne si  
quando sedatio aut tumultus, hostium ue impetus in-  
gruat, quispiam uiam ad templi claustra penetranda  
inuenire possit, cum et adiacentibus speculis, arcisq;  
turribus, tum dispositis ubique machinis, atque prae-  
pti ipsius loci ubi muri assurgunt difficultate, tueantur.

Seruantur autem arx ipsa, dispositis in turres robustissime  
 morum iuuenum fidissimis excubijis, qui ob bene de se  
 merita patriæ plurimū debeant. His arcem egrediendi  
 nulla potestas datur, præterquam cum festus dies adful-  
 serit, idq; non nisi ex parte quadam, ac per iuices conce-  
 ditur. Intromittendi quenquā nemini est facultas. Nam  
 summa diligētia perspicuitateq; arcis præfectus, si quan-  
 do aut rediens quis aut nouus admittatur, ita cuncta ex-  
 plorat, ut falli prorsus nequeat: quemadmodum nobis  
 contigit, qui inermes ac multa rogādo soli duo, iux tan-  
 dem ad inspicienda sacra recepti sumus. Dicebāt enim  
 & sacramento idem firmabant, omnes, qui quingenti  
 ad huius custodiā semper aderant, sacro iure iurando  
 adactos, ne supra quinq; eodem tempore recipiāt, quo  
 niam omnis templi custodia salusq; in ea arce consistat,  
**Circutus** qua uicta nullum supercessit templi propugnaculū. Vr-  
**Hicrusalē** bis uero ipsius magnitudo quantū colligere potuimus,  
 ad quadraginta stadia in circuitu extendūtur, muro &  
 turriū dispositione spectaculo digna. Earum viarum  
 strata quæ rectō tendant, multis & opportunitis diuer-  
 ticolis exornant: quippe ut ciuitas quæ in monte con-  
 structa sit, multam ad ascensus descensusq; facilitatem  
 habeat: sicut & ad ipsos viarū exitus transversus quin-  
 dam, per quos præstantiores altius incedant, cum alijs  
 depresso eatur, & maxime ad primores vias, ne qui  
 sacra ferunt, immundorū contactu inter eundum pol-  
 luantur. Quare nō iniuria hanc urbem maiores talibus  
 dimensio-

dimensionibus situq; condidere, sapienter locū captantes. Regio enim lata & pulchra, hinc ad Samaritas finitimosq; Idum & eos apertis campis extenditur, illinc con suis collibus & cultu lētitiaeq; cōmodis se erigit: ex quo euenit ut cū prouincia omnis strax sit, & summo agri colarum studio excolatur, cuiusq; generis fructu abundet. Ciuitates nāq; quæcunq; magnitudine excellunt, & felicitas assequitur, ocio torpescere solent, & agros negligere propter frequentes uoluptates, quibus illecta iuuentus atq; luxui dedita effeminarunt. Quod quidem Alexandriæ maxime accidit, quando & magnitudine fortunis longe excellit: siquidem iuuentus ex agro in urbem confluens, ubi uoluptatū dulcedine distrahitur, atq; operum suorum oblita, residet. Quam ob causam rex instituit, ne homines in ea diutius morarentur, néue quis supra uiginti dies domo abesse posset: idq; nō nisi urgentiū negotiorū gratia tribuit, in quibus ne longius tempus tereretur, cōtrouersias omnes et lites, intra quintum diem decerni finiriq; iussit, lege promulgata, atq; iudicibus ad ea ministrisq; per regiones institutis, ne iudiciorum longitudine agricolæ in urbe uersantes, culturam negligent, unde ærarium diminutis agrorū tributis damno afficiatur. Hæc idcirco perstrinximus, quoniam singula docente Eleazarō recte cognouimus. Magnum igitur illic agricolarū studium, ingensq; culturae solicitude homines habet. Nam in tanta populari multitudine, & arboribus consita regio est, et frumento

abundans, ubiq; uiret : uestiuntur uineis colles, palma-  
 rum ad hæc & glandiferarū arborum multitudo in re-  
 gione numerari non potest, pecoribus quæ innumera-  
 posſident, uberrima pascua tondentur. Quapropter re-  
 ste animaduerterū loca huiusmodi multitudini oppor-  
 tuna, unde & urbis apparatum & pagorum frequen-  
 tiam commodissime dispoſuere. Eò præterea immensa  
 aromatū & preciosorū lapidum auriq; copia ab Ara-  
 bibus affertur. Prouincia enim negociationibus apta,  
 se singulis uelut emporium præstat, & urbis opificum  
 multitudine abundant. Nam neq; nullius rei que mari ad-  
 uehitur indiget, quando opportuni illi portus proprius  
 adsunt: apud Ascalonem, Ioppem & Gazam, atque  
 item ab Ptolemaide, quæ à rege condita est ciuitas, plu-  
 rima cōportantur. Vrbs uero ipsa sic in medio horum,  
 quos diximus locos, sita est, ut nō longe à singulis absit,  
 ex quibus cuncta facili cursu accipiat: cum præsertim  
 uniuersa in circuitu regio, longe lateq; culta, magnam  
 præstet securitatē. Circūfluit prouincia Iordanis peren-  
 nis fluuius, qui ab ortu ipso decurrēs, nō minus sexagin-  
 ta millia passuum ambit. In huius fluminis uberiori ripa,  
 posterioribus tēporibus robustissimi Iudeorū numero  
 ad sexenta millia traiecto amne, agrum obtinuerunt.  
 Ad hæc fluuius ipse æstiuis mensibus plenior factus, eos  
 dem modo quemadmodum & Nilus agri plurimū in-  
 undat. Ingreditur inde & aliud per Ptolemaidem flu-  
 men, atque unā in mare exit. Sunt & plures quoq; tor-  
 rentes,

rentes, qui Gazam uersus atque Azotum erumpentes, prouinciam omnem irrigant. Securitatem uero prouincie natura ipsa praefat, locorum asperitate. Nam montibus undiq; circumscripta regio, hinc abscissis rupibus, fluentiumq; concursu effossis uallibus clauditur, illinc implexis altisq; anfractibus sic ubiq; coartatur, ut uix viatoribus per angustos calles transitus pateat. Fertur et in montibus Arabie adiacentibus, aeris ferriq; metallia effodi solita: sed postea dum Persae rerum potirentur, huiusmodi ratione derelicta sunt, ueluti inutilis et sumptuosa esset effosio. Hanc enim contumeliam incole loci confinxerunt, ne et regio fossoribus subtueretur, neue et occasione inuentis apertiisq; faucibus, extensis inde aditus in regionem aperirentur. Sed de his hactenus, que ob cognitionis facilitatem carpim ad te perstrinxi Philocrates frater. Deinceps que ad interpretationem sunt, aperiam. Eliguntur igitur uiri optimi et doctrina praestantes, omnes claris parentibus orti: non Iudaicarum tantum literarum eruditione excelles, sed qui græcam quoq; linguam multa meditatione excoluerint: quapropter ad legationes commodi semper paratiq; aderant, munusq; huiusmodi si quando res postulat ipsi obeunt. Conclaves etenim, et de lege interrogati responsa, mira facilitate peragunt, et ad dicendum et ad iudicandum prompti, atq; qui omni iam explosa barbarie, ipsi iucundissimorum morum suauitatem preediti, uitæ atq; ordinis mediocritatem quandam.

quod quidem pulcherrimum est, sequuntur, hac una in renitentes cæteros superare, ut et prudentia et doctrina uincant: hoc enim illis est studium, hoc perquirunt, in hoc uiribus omnibus enituntur, scilicet ut consuetudine inter æquales, mites audiendo respondendoque; alius alij præstet. Cum quisque suorum principatu propter uirtutem dignus habeatur, operæ preciū est cognoscere quanta pietate Eleazarum obseruent, quantoque illos amore et ipse prosequatur. Nam ut prætermittam eius ad regem literas pro eorum reditu, multa in super rogando, homines Andreæ cōmendabat, ut omni conatu in eorum gratia ageremus. Cui cum respondissemus cur æ omnia nobis fore, propterea animo quiescere: Imò, inquit, et longe animo angor. Noui enim regem uirum diligenter et bonorum amatorem, quantaque industria præstantes uiros inquirat, adeò ut nihil potius ducat, quam ad omnia loca muttere, ubi acceperit egregium quempiam hominem, uel disciplinam uel prudentiam singularem. Nam illum quoque dicere solitus audiui, et recte quidem, in hoc magnum regni esse tutamen et robur, circa se quamplures uiros habeat iustos et prudentes, qui quoque casu in amicorum cōmodum consulant. Quod quidem in his experior, qui ab eo mittuntur. Exin iureuando affirmat se huiusmodi homines minime missurum, si propria quedam ingruat necessitas: sed ob cōmune ciuitatum cōmodum, pro quo omnia pati posse, nihil negare audere. Nam et si recte uiuendi norma in mandatorum obseruatione

obseruatione consistat, id tamen rerum cognitione nul-  
to rectius perficitur, quam simplicitate affequatur. His  
igitur atque huiusmodi pluribus claruit, quo ille animo  
erga tales viros afficeretur. Dicendum est quoq; breui-  
ter de ijs quae interrogatus à nobis Eleazarus differuit.  
Nam cum magna in lege habeatur obseruatio de cibis  
& poculis, & his animalibus quae immunda putan-  
tur: idcirco interrogauimus, quando omnia una crea-  
tione subsistant, quaratione quædam ut immunda ad  
essum tactumq; reijciantur, quæ plurima legis institutio  
habet, in his profecto infeliciter. Ad ea ille: Non cernis,  
inquit, quā uim habeat consuetudo ad recte uiuendum,  
qualesq; rerum mutationes afferat, atque ut qui malis  
conuersantur facile corruptis moribus in proclive la-  
bantur, fiantq; per omnē uitam miseri? qui uero sapien-  
tibus & prudentibus assuecant, ex insculpta qua tenen-  
tur, in rectum bonumq; mutati uita fortunantur? Ani-  
maduertens igitur hæc noster legislator, cunctaq; ad  
pietatem atq; iustitiam intendens, singula non sermo-  
nibus tantum docuit, sed exemplis queq; demonstrans,  
mala prohibuit, ante oculos ponens cuius queq; gratia  
à deo creata sint. Demonstrat omnium primum, quo-  
niam solus sit deus, cuius potentia constent singula &  
regantur, ipseq; locis omnibus adsit, sine quo nec mini-  
mum quiddam subsistat, nihilq; cum lateat eorum que  
in terra ab hominibus uel clanculum gerantur: sed sin-  
gula que aut secum agat quis, aut cum alio contrahat,

aperta illi atque ante oculos posita esse, futura seu praesentia intueri. Hæc igitur omni studio peragens, id maxime ostendere emititur, ut si quando quis in malum adducitur, hauquaq; se latere intelligat: neq; aliud quicquam per totam legem animo intendit, nisi ut dei potentiam ostendat. His igitur ab ipso initio inventus demonstrat, ceteros mortales qui plures arbitrantur esse deos, quam potentiores sint ipsis diis, quos fatuitate quadam colunt. Simulacris enim aut ex lapide aut ligno factis, eorum illa esse formas dicunt, qui suis inventis utilitatem aliquam ad communem uiuendi usum attulerunt: hos gemibus aduoluti, atq; extra se positi, sublato animo adorant. Quod si quis quale eorum sit inuentum roget, ignari prorsus, quoddam natura productum ueluti præclaram illorum compositionem afferant, quam ipsi non fecerint. Quia in re uani nempe & stolidi compabantur. Nam & nunc multo quidem doctiores, & ad inueniendum promptiores elegantesq; plures inueniuntur quam priores illi fuerint, neq; hos tamen uenerantur ut deos, quanquam harum rerum factores & scriptores græcorum sapientissimi honore dignos putent. Quid enim Aegyptios, atq; his finitos reseram, alijs longe stultiores, quorum alij feras, alij reptilium infestatorum plurima sibi constituerunt, quæ colerent, quæ adorarent, quibus et uiuis & mortuis uictimas cederent? Sapiens itaq; legislator, atq; à deo in cognitione omnium institutus singula reuoluens, nos uallo infrangibili.

gibili, murisq; ferreis circunsepsit, ut animo innoxij &  
corpoce mundi, nulla gentium prorsus imitaremur, ac  
uanis opinionibus abiectis, solū deum qui supra omnes  
creaturas potest, coleremus. Quamobrem Aegyptiorū  
sacerdotes, populi principes, qui etsi multis aberrent,  
tamen in quibusdam nobiscū conueniunt. Nos quidem  
homines dei appellant, quoniā non sic cæteris eueniāt,  
ut secundum ueritatē dei cultores existant: sed homines  
mensis poculisq; et umbræ dediti (quod omne illi est stu-  
dium) uentri tanū indulgeat: quæ quidem nostrū curat  
nemo, imò per omnē uiam in sola diuinæ uirtutis cogni-  
tione uersamur, ne illa re polluti, né uanis cōuersan-  
tes in crimen labamur, undiq; nos puritate cōmuniuit,  
cum ad esum & potū, tum ad taciliū, audiū atq; uisum.  
Vniuersa enim ad physicā rationem referens, quemad-  
modum cuncta una potentia subsistant, sic et in singulis  
alto sensu instituit quibus uteremur, & quibus abstine-  
remus. Vt exempli gratia unū aut alterū percurrā, ne  
simplicia tanū uerba inspiciens, arbitreris murium aut  
mustelæ & similiū causa, Mosem tantopere inferendis  
legibus elaborasse: sed ad mundicie contēplandā, emen-  
dandoq; mores, ad bene recte q; uiuendū cuncta percle-  
ganter instituit. Volatiliū nanq; quibus quotidie uescen-  
remur, illa tribuit, quæ mansueta & puritate à cæteris  
sciuncta, frumento ac seminibus aleretur: ut sunt colubæ  
tortures, pauones, perdices, anseres, ac cætera huiusmo-  
di. Atque uero quarū usum phibet, stras esse inuenies,

que carne pascantur, quæq; superbientes raptricesq;  
 suis in alias viribus illatae nusquam cibum queritant, nisi  
 aliarum animalium damno et iniuria, ac maxime mansue-  
 tarum. Nec solum in aues inueniuntur, uerum et agnos  
 et hoedos rapiunt, homines uiuentes adhuc, et exani-  
 mes, contumelia afficiunt. Igitur translatione quadam  
 ab his et similitudine usus legislator, ea immunda no-  
 minauit, quoniam uellet singula ad considerationem, et  
 mentis puritatem referri: atq; ut quisq; quotidianis ex-  
 emplis monitus intelligeret, iustitia et æquitate uten-  
 dum, neue superbiendo aut rapiendo quicquam omnium  
 laedendum esse, quamquam viribus plurimum ualeat, ad  
 recte uitam deducendam: uiendumq; esse quemadmo-  
 dum ille, quas prædiximus, aues, quæ seminibus mitent  
 uitam degunt, nec nostri generis quenquam insequi, ra-  
 pere, turbare debere, ueluti ea animalia faciunt que ad  
 esum prohibet: nec uia ulla in re agendum, nec viribus  
 fidendum esse demonstrat, ijs qui sensu omnino non ca-  
 rent. Tenetis igitur, inquit, causam cur nos ab eorum,  
 quæ prædiximus, usu prohibuit, propter eam scilicet  
 inclinationem quæ singula habent. Ut uero omnibus in  
 rebus quibus assuescimus ad emendandos, firmandoq;  
 mores ab ipsis brutis intenderit, aduertite. Nam quod  
 præcepit nos his quadrupedibus uesci, quibus duo sunt  
 libia, et ungulas findunt, signum est, ut nos quoq; ope-  
 rationes nostras ad rectum bonumq; partiamur: sic omnia  
 distribuendo, his signis nos ad iustitiam intendere  
 coëgit:

coëgit: propter quod etiā à ceteris ḡetib⁹ diuidimur,  
ne illorū consuetudine criminibus polluamur. Gentium  
namq; pler. eq; sibi ipsi cōmiserentes, magna impietate  
fœdatur. His prouinciae & ciuitates omnes detur patræ,  
non solū marium cōcubitores sustinuere, sed parturientia  
tum etiā sanguine inquinatæ, à filiarū insuper incestu  
non abstinent: à quibus nos longe sciungimur. Vbi uero  
diuisionis locus signatur, circa eundem & reminiscendi  
charactere admonemur. Nam quandocunq; scribitur,  
que ungulas findunt: additur, & ruminant: ex quo ma-  
nifestò admonemur, ea omnia ad earū rerum quas geris-  
mus memoriam referenda. Nam quid profectio aliud sibi  
uult illa ruminatio, nisi ut assidue quadā uitæ et gestorū  
nostrorū recordatione cuncta animo recursemus, uoluam-  
usq;. Arbitramur enim cibo uitā ea maxime de causa  
sustentari, quo eius ruminandi similitudine gesta nostra  
meditaremur. Cuius rei gratia & per scripturā inquit:  
Memoria recordare dei qui fecit in te magna & mira- Deut. 8  
bilia. Quæ profecto si consideres, magna mirandaq; ap-  
parent. Primo quidem corporis cōpago, alimēti trans-  
fusio, ac singulorū membrorū distributio, & mira quæ-  
dam cōnexio. Verum maiori longe admiratione digna-  
uidebūtur, si ad unūquodq; sensuū compositionē aduer-  
tas, si que sint mentis actiones, & motus inuisibilis con-  
sideres, utq; quaq; in re ingenij acumen, perspicacitasq;  
eluceat, unde innumerabilū penè artium inuentio pro-  
dijt. Quapropter recte iussit meminisse, quemadmodū

huiusmodi omnia diuina potentia et fabricatione perfecta sint, atque ut singula tempore et loco circumscripsit, memoriam semper reuocans ad considerationem dominantis omnium, et perfectoris dei. Etenim, ut a mensis popularisq; incipiamus, recte iussit tunc deum laudare, cum mensae accubimus: in qua quidem nec aliquid ad confabulandum concessit, quod diuini numinis memoriam abiiceret. Simili quoque ratione supra portas et ostia ea eulogia figere instituit, que dei cogitationem mentibus innoverant. Apertissimo enim id signo ostendit, omne studium nostrum ad aequitatis puritatisque memoriam referri oportere. Atque in omnibus dei timore ante oculos uersari precepit, et cum discubimus et cum assurgimus dei fabrica non solum uerbo, sed ueneratione laudare, illarum rerum perpetuum motum meditantes, utque diuina sit et incopre hensibilis harum rerum alternatio. Sic igitur breuiter demonstrata est partiendi, reminiscendique ratio, ueluti propositum, eorum quae unguis dividunt et ruminant. Neque enim uanum quicquam ad animum reddidit: uerum hac dicendi usus figura, singula ad ueritatem accommodauit. Nunc uero quae gustu audituue percipiuntur, referamus. Nam ne quid agas, ne quid audias, aut dicendi flumine fuis ad iniqua labaris, eadem similitudine admonuit: quod quidem et in pecorum consideratione inspicere licet. Sunt enim peruersorum morum mustela et mures, atque his similia animantia, quorum contactum prohibuit. Nam mures curvatae foedant, maloque afficiunt, et homini quidem non

non modo ad eum perniciosi, sed nec ulli prorsus usui  
utiles sunt. Mustelæ autem propriū est genus, & supra  
ea quæ diximus, est ad deturpanda omnia immundum.  
Auribus præterea concipit, quæ ore parturiat: qui mos  
hominibus perniciosissimus est, ut quæ ipsi auribus acci-  
piant, eadem uerbis exaggerantes maioribus malis in-  
uoluunt, instantemq; turpitudinem, omnibus ipsi modis  
auctam inique foedant. Quapropter recte rex uester  
huiusmodi homines, sicuti accepimus, suppicio tollit.  
Hic, equidem inquam emplanistas te dicere arbitror: ilia  
los enim iudicys, suppicio, foedaq; nece, assidue inse-  
quitur. Ille, hos ipsos inquam referto. Nam eorū inertia  
perniciosa, uiris perditio est. Iubet namque lex nostra,  
nec sermone nec opere quenquā malo afficias. Sed de  
his ad te hæc paucis dicta sint, quo intelligas nostra  
omnia, lege ad iustum, rectumq; dirigi, neq; quicquam  
aut decenter minus, aut ex animi impetu factum, sacris  
in literis admitti: uerum ut per omnem uitam, ac uniuersi-  
tatis operationibus nostris erga omnes homines mites, ut  
steq; conuersemur, dominantis dei nusquam oblixi. De  
cibis igitur & immundis reptilibus atq; pecoribus, utq;  
ad iustitiam atque rectos hominum mores omnis inten-  
dat sermo, mihi quidem recte dixisse uisus est. Addidit  
insuper & de oblationibus uitulorum, arietum, & hira-  
corum, multa differens, quemadmodum illa ex armena-  
tis gregibusq; assumentes, mansueta animalia deo cae-  
dant, nihilq; strum mactent, ne qui sacris adolescent, uictis

masq; faciunt, elatum quid sibi ipsis proponētes, animo  
 eleuētur: sed uictimārū mansuetudine exemplo moniti,  
 humiles & omni mente in deum intenti, sacra peragāt.  
 Hactenus hæc ad te scripsi Philocrates memoratu dī-  
 gna, propter eam quæ tibi inest discēdi cupiditatē: quo  
 ex his paucis, totius legis maiestatem, physicanq; eius  
 meditationē perciperes. Sed iam redeamus unde digres-  
 si sumus. Eleazarus sacrī prius de more peractis, uiros  
 quos ad regē mittat, deligit: præclara inde munera regi  
 accumulans, nos tuto itinere quietos dimitit. Pōst ubi  
 uero Alexandriā uenimus, annūciatusq; est regi aduen-  
 tus noster, extemplo Andreas & ego in atrium admisi;  
 regem comiter salutauimus, reddidimusq; simul & ab  
 Eleazarō epistolas. Ille quod maximi ficeret rem sibi  
 sequundā in impetrāndis hominibus cuenisse, seq; uoit  
 cōpotem factum gauderet, cæteros qui multi negociorū  
 causa aderant excedere iubens, uiros actutum aduocat  
 præter omnīū opinione. Est enim mos genti, ne legato-  
 rum quisquā in regis conspectū admittatur, etiā si pro-  
 pter negotia missi redierint. Regū uero & excellentiū  
 urbiū legationes, uix trigesima die in atriu recipiu-  
 tur: ac deinceps habita ratione pro dignitate eorū qui  
 miserint & præstantia. Rex itaq; emissis omnibus quos  
 minime necessarios duxit, restituit de ambulās, donec ue-  
 nientes se salutassent. Hi posteaq; cum munericibus & di-  
 uersis pellibus, in quibus diuina lex aureis literis hebrai  
 co sermone conscripta erat, & membranarū tenuitate

que

que inter se se quadam ligatur e excellētia constringe-  
rentur, exornabatur, rem uisu mirabilem, intromisi in  
regis conspectu steterunt. Rex sedulō in eos uersus, ut  
primum uiros circūspexit, de libris interrogat. Cum au-  
tem illa inuolucra aperuissent, explicuissentq; membra  
nās, diutius h̄esit rex, septiesq; adorās: Gratia, inquit,  
uobis habemus uiri, maiorem ei qui uos misit: maximā  
vero deo, cuius eiusmodi uerba sunt. Acclamantibus au-  
tem uiris, et omnibus qui unā aderant uoce simili ap-  
plaudentibus, ipse p̄e gaudio lachrymis effusus est.  
Profusa enim exhilaratio, et honoris sublimitas, lachry-  
mas etiā in molentibus excutit. Hinc admonens, ut libri  
in suum ordinem redigeretur, uiros salutans ait: Aequū  
erat uiri, ut quorū gratia uos aduocassem, illos primum  
uenerarer, atq; inde uobis dexterā p̄eberem: propter  
quod id primū egī: hec uero dies per omne uitæ tempus  
magna mihi semper in annos erit et celebris, in qua et  
uos mihi adfūstis, et cuenit ut aduersus Antigonū na-  
uali p̄elio uictor euaderē. Quapropter et uos quoq;  
hodie unā mecum conuiuio latari uolumus. Principes  
mox adesse, inter quos et me discubere dignatus est,  
et omnem ædium apparatū quo utitur de promi impe-  
rat. Iubet et uiris diuersoria quam ornatiſſima, et arci-  
proxima sterni mandat, et conuiuū quam opulentissi-  
me apparari. Hic Nicanor medicorū princeps Doro-  
theum huiusmodi rerum p̄epositū aduocans imperat,  
ut omni p̄optitudine que uis decusq; postulat, in fin-

gulos expeditat. Etenim sic à rege institutū erat, quem admodum & nunc quoq; cernere licet, ut quotcunq; ciuitates ad præbenda cibaria, poculenta & lectisernia præparatæ sunt, totidē carum rerū præfectos habeant, qui regibus assistant, homines nulla in re morosi, quiq; si quando opus sit, necessaria exornent, & multa cum hilaritate iussa prosequātur. Quod quidem in his maxime factum est. Nam Dorotheus uir in huiusmodi rebus dexter profususq;, cum sibi talium uirorum cura demandata esset, uniuersa que in sua potestate cōtinebantur, in tales usus pridem præparata, magnifice depromit, per humaniterq; cuncta exornas, thorus cuiq; pro regio imperio distribuit. Iusserat enim rex eorū partem mediā coram se, reliquos iuxta suijpsius solium discubere, nihil prætermittens quod ad hominum honorem spectare arbitraretur. Postea uero quam cuiq; suus stratus est thorus, præcepit rex Dorotheo, ut omnibus qui à Iudea uenerant, consuetas ex patro more dapes, & quicqd concupiscat præbeat, detq; cuncta abundantiter ad oblationes & sacra, atq; alia uota peragenda, sicuti genti mos est. His peractis, primum omnium Eleazarū uirum grauem, ac omnibus qui nobiscū uenerant seniores, uota facere rogant. Ille, ut erat uenerandus, stans inquit: Impleat te rex bonis omnibus que fecit omnipotens deus, detq; tibi, uxori, et liberis, & amicis ea omnia immota esse per omne uite tempus. Eo adhuc dicente, sequitur diuturnior cum clamore plausus, gaudij & exultationis

ultationis plenus: moxq; rebus iucunditate multa præparatis, in lætiam uertuntur, ministris quemadmodū instituerat Dorotheus festiuissime cuncta præbentibus, inter quos & regi liberi, & honoratissimi quiq; ministrabant. Post ubi uero tempus sermoni opportunitū uisum est, rex per interualla quædam (ut omnes ordine se cundum etatem assederant) cum qui primo loco discubuerat, interrogat: Quonam pacto regnū incolume, in pret. pro finem usq; conseruet. Ille parum per cunctatus, inquit: positæ. Hoc maxime modo regnū optime dispones, si dei mansuetudinem in rebus omnibus imitatus, patientia ac longanimitate uteris: extolleſq; dignos, elatos autem affabilitate, ex malo in poenitudinem traduces. Eo collaudato, rex proximū rogat: Quemadmodū iuste singula perficere posſit. Respondit ille: Si in rebus omnibus se ipsum obseruet, omnia eum recte aclarum: & si consideret omnē sensum à deo esse, proponatq; ante omnia dei timorem, nulla in re aberrabit. Huic maxime laudium dimittens, tertium dicere hortatur: Quomodo amicos sui similes habeat. Qui ait: Si intelligent te multa meditari in subiectorum populorū commodum, & tu id facias, considerans quemadmodum & deus genus humanum bonis afficiat, ualeitudinem illis, & uitæ alientes, atque alia cuncta opportuni temporibus præbens. Attestatus quoq; huic, ad aliū qui illi assederat inquit: Quonam modo in negotijs ac iudicijs peragendis, delictisq; puniendis bonam assequatur famam.

Tum ille: Si omnibus te æquum ratione præbueris, inquit, et nihil superbè, nihilq; pro potentia tua viribus contra delinquētes ages. Id autem assequēris, si dei dispositiōnem inspicias, qui dignis sua uota perficit, peccantibus uero uel per insomnia, uel opere demonstrat, quid illis nocuū sit: neq; secundum eorum peccata, neq; pro magnitudine virium suarū homines cædit, sed mati suetudine usus corrigit recte. Et hoc quoq; collaudato,  
 5 deinceps postulat: Ut in rebus bellicis iniustus existat. Qui respondit: Si non armis, si non potentia suæ fidat: sed deum semper imploret, ut iuste agendi sibi consilia dirigat. Huius dicta recipies, alium inde petens poscit:  
 6 Quemadmodū inimicis formidolosus fit. Qui ait: Si armis et exercitu, multoq; uictori ad bellum apparatus in structus fueris: ea tamen omnia diutius, ceu uana, prius quā his ueris, detineas. Nam et deus ipse antea quā in maiestate suæ trepidationē incutiat, inducas quasdam præbet: exin omni apparatu mentes deterret. Et hunc  
 7 item collaudatū dimittens, alium interrogat: Quid sibi optimū in uita sit. At ille: Si cognoscat, inquit, quoniam deus mortalibus dominetur, atq; ut ad optimas quasq; operationes non per nosipso consilia diriganus: deus enim qui cunctis dominatur, omnium opera perficit et deducit. Annuens et huic, aliū ordine respondere iubet:  
 8 Quomodo recte omnia seruans et illæsa, eundem filiis statum tradat. Tum ille: Si deum, inquit, assidue implo raueris, ut rectos tibi sensus ad ea que in posterum pers agenda

genda sunt, tribuat: & filijs imperaueris, ne gloria, di-  
uitijsq; superbiant, sed arbitretur deum benignitate sua  
cuncta illis clargiri, neq; per se alicuius rei substantia  
possidere. Ei attestatus rex, ab alio petit: ut bonam &  
malam famam aequo animo ferat. Ad ea ille: Si tibi ipsi  
proposueris, inquit, cunctos mortales sic a deo esse crea-  
tos, ut maximis malis iactati, bonis rursus sufficiantur:  
neq; quisquam omnium sit, qui huiusmodi alternatione  
effugere ualeat: deus enim imploratus est, qui tranquil-  
litate tribuat. Approbas & hunc, Recte, inquit, omnes  
responderunt. Sed quando unum deinceps, qui adhuc  
superest, interrogauero, haec ad præsens prætermittā,  
ut ad lætitiam uersi, reliquum huius diei iucundissime  
transfigamus: deinde sex qui sequentur dies, ea que mo-  
do prætermittuntur addiscemus. His simul dictis, uirum  
interrogat: Quis fortitudinis sit finis. Ille: Si quādoperi  
culosa imminent, ait, in rebus aggrediendis, recte quis  
consuluerit, & consulendo propositū assequatur. Tibi  
enim recte utiliterq; consulenti, deus cuncta perficiet.  
Hic acclamantibus omnibus, & plausu uirum collau-  
dantibus, rex in philosophos uersus inquit: (non enim  
pauci aderant) Arbitror equidem hos uiros uirtute ex-  
cellere, ac plurimū intelligere, qui talibus rogationibus  
ex tempore tam decenter responderūt, dicendi initium  
a deo omnes assumentes. Ad ea Menedemus Eretricus  
philosophus: Profecto rex, ait, cum homo diuinum sit  
opus, quod quidem & totius mundi fabrica monstrat,

recte sequitur, ut omnem iūritutis & sermonis sui pul-  
 chritudinem principiumq; à deo deducat . His ubi rex  
 annuit, in iucunditatē cuncti uerbi, conuiuium summa se-  
 fluitate in noctem usq; protrahunt . Postridie eodem or-  
 dine mensæ parantur, conuiuium trahit . Cum uero  
 tempus ad rogandas sententias accōmodum adfuit, rex  
 eos interrogat qui deinceps ordinem seruabant, ab illis  
 qui superiori die rogati sententias dixerāt . Cœpit enim  
 ab undecimo rogare, quoniam pridie decem respondis-  
 sent . Conticuerant iam omnes, & rex poscit: Quibus  
 nam modis diuinitas conseruet . Ille dum peccata reuolut,  
 paululum moratus: Si nihil, inquit, indignū regno tuo,  
 neq; flagitiose ages, neq; in uanis rebus & incommodis  
 sumptus facies, & erga populu tuum te beneficū beni-  
 gnumq; præbueris . Etenim deus honorū omnīū, quem  
 sequi oportet, largitor est . Hoc collaudato, sequentem  
 edissere hortatur: Quando ueritatē colat . His ille res-  
 pondit: Si cognoueris quām magnū dedecus mendacia  
 mortalibus omnibus afferant, & multo maiore notam  
 regibus inurant . Nam quando ea potentia sunt, ut que-  
 uolunt facile perficiāt, cuius rei gratia mentiētur? Opor-  
 tet etiā te considerare rex, ut deus amator ueritatis exis-  
 stat . Hunc quoq; ualde approbās, in proximū respicēs  
 inquit: Que est disciplina sapientiæ? Tum ille: Quem  
 admodum, inquit, te expertū optas, & omnibus bonis  
 abundare, sic hoc ipsum in subiectos tibi populos & dca-  
 linquētes serues, si optimates præstantesq; uiros humas  
 nius

nus cōmoneas. Etenim deus mansuetudine cunctos fo-  
uet. Annuens huic, ab alio postulat: Quonam modo cle  
mens, benignusq; sit. Ille: Si cōsideres, ait, quām lōgiori  
tēpore, quantisq; & quām magnis calamitatibus oria-  
tur genus hominū, alatur, nutriturq;: unde neq; in eos  
temere animaduertendū, neq; accusandi sunt: si reuol-  
uens insuper ut omnis hominū uita doloribus semper et  
supplicijs exagitetur, singula intelligens, in misericor-  
diam profecto ueritēris: nam & deus misericors est. Su-  
scipiens & hūc, deinceps ordine interrogauit: Quid in 15  
regno potissimū obseruandū sit. Cōseruare, inquit, se à  
muneribus incorruptū, atq; magnā uite partem inuigi-  
lare, iustitiāq; ante omnia colere, & huiusmodi amicos  
sibi cōparare. Iustos enim deus amat. Annuens & huic,  
ab alio petit ut se doceat: Quid sit pietatis robur. Tum 16  
ille: Cognoscere, ait, quia deus omnia semper operatur,  
& uidet, neq; eum lateat quisquam iniusta faciens, neq;  
perperā agens. Ut enim uniuersum orbē deus bono affi-  
cit, ita & tu si eū imitaberis, nūsquā aberrabis. Applau-  
dens et huic, aliū rogat: Quis sit regnādi modus. Ad ea 17  
ille: Recte, inquit, seipsum regere, neq; copia, neq; glo-  
ria elatus, superbū indecens ue cōcupieris: si recte ratio-  
cinatus fueris, si cuncta tibi aderūt quasi nihil sint. Deus  
enim mansuetus est, & nullius egens. Quod tu pro hu-  
manis uiribus considera, neq; multa ad regnū appetas.  
Laudans & hunc, alij ut differat suadet: Que admodū 18  
optima eligat. Respondit ille: Si iusta semper tibi pro-

posueris, arbitrerisq; iniquam uitæ priuationem. Nam  
 & deus semper iustis elegatissima bona preparat. Hoc  
 19 collaudato, à sequente postulat: Quomodo insomnijs  
 quietus sit. Hic ille: Rem dictu difficultem petis, inquit.  
 Nam in ijs que mentem per insomnia agitant, h. aud.  
 quaquam obſistere poſſumus: sed ſenſu quod immodo  
 irrationabiliter ducimur, ex huiusmodi rebus que acci-  
 dere ſolent & uidemus. Videmus enim quandoq; pel-  
 go ferri, nauibus traijcere, nunc negociaſi, nunc pennis  
 ſublati uolare, loca mutare, & cetera huiusmodi, que  
 minime fiant. Similiter & que maxime expetimus, ea  
 mentem in ſomniis turbare ſolent. Quare rex omni ne-  
 gocio quicquid dixeris, quicquid feceris, ad pietatē in-  
 tendendum cenſeo, ut teipſum ſeruans uirtute circum-  
 uallēris: nec uoluptate irrationabiliter pelleſtus, néue  
 potentiaſiſus, quod iuſtum eſt tollas. Etenim in quibus  
 quifq; plurimum uerſatur uigilans, & per quietem ea-  
 runderem rerum cura hominē recuſat. Sed quando om-  
 nes rationes & operationes tuas ad pulcherrima queq;  
 instituis, & uigilans & dormiēs, ob eam cauſam opti-  
 main te ſemper eſt tranquillitas. Hoc comprobato, ad  
 alium dixit: Postquā tu decimo loco dicturus es, ubi re-  
 ſponderiſi, ad conuiuum conuertemur. His ſimul dictis  
 20 petiſt: Quemadmodum nihil indignū agamus. Cui il-  
 le: Si quid te deceat, inquit, quid uē poſſis omni in re  
 proſpexeris, ne tua dignitate inde corum quicquam di-  
 cendo agendoue excidat, intelliges omnes quibus im-  
 perat

peras de te semper & cogitare & loqui. Neq; enim mi-  
nimū hypocritis parces, qui ex uultus uarietate mens-  
tem coniecant, ex cuius consideratione indecenter cun-  
cti peragunt. Tu uero nulla hypocrisi deprauatus, as-  
perte imperas, præstante tibi deo multa cum dignitate  
morum elegantiam. Hic rex multa cum laetitia diutius  
applaudens, homines ad quietem dimisit. Post ubi uero  
hæc ad illos locutus, se ad sequentis diei conuiuiū præ-  
parauerūt. Quod cum eodem ordine seruato structum  
esset, ut interrogandi tempus rex adesse putauit, primū  
eorum qui nondum rogati fuerant, sententiā dicere iu-  
bet: Quid sit in regno difficillimū. Ille, sibi ipsi domi-  
nari, respondit, neq; appetitibus efferrī. Inest enim na-  
tura mortalibus, ut mente ad aliquid semper declinent,  
& pleriq; ad mensas, pocula, uoluptatesq; trahuntur,  
in quibus multitudo maxime effunditur. At reges subi-  
gendorū populorū cura sollicitat, ob gloriæ magnitu-  
dinem. Sed pulchrum est se omni in re metiri, & quæ  
deus dederit studio continere. Inconcessa uero atq; in-  
expetibilia, ne concupiscas. His dictis assentiens, pro-  
ximū interrogat: Quonā modo nemini inuidet. Hæc 22  
ille excipiens: Si animaduerteris primum, inquit, deum  
omnibus regibus impartiri gloriam, diuitias, & magni-  
tudinem, & illi imperare posse neminem. Nam et si hu-  
iusmodi gloriæ participem se quisquam cupiat, haud ta-  
men potest: dei enim donum est. Virum pluribus lau-  
dans, aliū petens inquit: Ut inimicos spernat. Tum ille: 23

Si placidus, ait, erga omnes homines benignitatē exera  
cueris, nullius amicitiae ratione habita. Gratum uero se  
omnibus præbere, id pulchro dei munere, quod optimū  
est, conceditur. His annuens, aliud deinde respondere  
24 iubet: Quem adinodum gloriosus perduret. Cui ille: Si  
benignitate, inquit, et gratia excellens, erga alios ma-  
gnificus extiteris, gloria te nusquam deseret: que ut tis-  
bi adsit, deus semper implorandus est. Hoc collaudato,  
25 proximum respondere precatur: Erga quos habendus  
sit honor. At ille ait: Potissimum omnes tribuendum pu-  
tant, quos amicè diligamus: ego uero opinor erga emu-  
los habendam esse honoris munificentia quanmaxime  
gratia, quo illos hoc præsertim modo ad ea que honesta  
sibi sunt et utilia inducamus. Oportet autem deum qui  
mentibus dominatur precari, ut haec perficiat. His ubi  
26 assensit, à sexto exquirit: Quibus gratificandum sit.  
Ad ea ille: Parentibus, inquit, ante omnes: etenim deus  
in honorandis parentibus præceptum maximū posuit,  
censens amicos secundo loco habendos, quos animo pa-  
res nominauit. Tu uero recte facis qui cunctos homines  
ad te amandum allicis. Post hunc à sequente postulat:  
27 Quid sit pulchritudine dignius. Ille, pietas, ait. Nam et  
ipsa pulchritudo quedam est præcellens. Eius autē po-  
tentia charitas, que quidem dei munus est, quam et tu  
possides, cuncta in ipsa bona amplectens. Huic magna  
28 assensu applaudens, aliud interrogavit: Quem ad  
modum

modum amissa gloria instauretur. Ille autem ad hæc:  
 Quando, inquit, clemens omnibus gratusq; existis, quæ  
 res benevolentiam comparant, fieri non potest ut exci-  
 das: & magni præterea armorum apparatus, maximā  
 securitatem præstant. Si qui uero cadunt, ab ijs absti-  
 neant oportet, quorum gratia exciderunt, amicitias  
 rumq; inde cultores iusta agant. Dei namq; donum est  
 honorū operatio. Vbi talibus satis factum est, alius sen-  
 tentiam querit: Quomodo sine tristitia uiueret. Tum 29  
 ille: Si neminem, inquit, læseris, omnesq; iuues, iustitia  
 quoque prosequens, ab ea huiusmodi fructus iucundi-  
 tatis colligiur. Sed implorandus est deus, ne ea nos læ-  
 dant quæ præter opinionem nostram accident: ut sunt  
 mortes, morbi, ægritudines, & cætera huiusmodi. Te  
 autem quando pius es, horum nihil in sequitur. Recl<sup>e</sup>  
 & hunc respondisse afferens, decimū ad dicendum hor-  
 tatur: Quid sit in gloria potissimum. Respondit ille: 30  
 Deum uenerari, non sacrī inquam, neque muneribus,  
 uerum animi puritate, ac fide candida, eius uoluntatem  
 sequi. Quod quidem & tu perficis, id firmum animo  
 gerens, ut & quicquid feceris, & quæ facturus sis, ome-  
 nibus pateant. Hic rex cunctos collaudatos, maiori uox  
 salutat, omnibus & præsertim philosophis approa-  
 bantibus. Nam opere & sermone longe præstabant,  
 quippe qui à deo sententiarum principium deduxerat.  
 Exin rex coniuio laetofruitur. Sequenti uero die men-  
 sis solito apparatu instructis, discubuerunt. Tum rex

ex opportunitate eos deinceps, qui ab ijs qui pridie dis-  
 31 xerant sequebatur, interrogans, à primo petit: An pri-  
 dentia doceri posſit. Cui ille: Animi, inquit, decus quod-  
 dam eſt à diuina potentia fluens ad ſuſcipienda bona,  
 renuendaq; contraria. Confeffus hoc, proximū inter-  
 32 roga: Quid potiſsimū ualitudini conferat. Ille, pruden-  
 tia, reſpondit: quæ cōtingit nemini niſi deus mentem ad  
 33 ea p̄e parauerit. Eo collaudato, ad aliū inquit: Qui-  
 busnam modis genitoribus dignas gratias referat. Ad ea  
 ille: Si nulla in re, ait, illos triftitia afficias. Sed hoc po-  
 tuit nemo, niſi deus, cognitionis dux, mente ad pulcher  
 rima quæq; diſponat. Annuens huic, ſequente poſtulat:  
 34 Quomodo ſit audiendi cupidus. Is, ſi existimaueris, rea-  
 fert, singularum rerum cognitionem tibi utilem fore, ut  
 aliquid ex ijs quæ audieris ad p̄efens tempus compa-  
 ranſ, ea eligas quæ conuenientiora uidebuntur. Sed im-  
 plorandum eſt ut diuinū adſit numen: ab eo namq; ope-  
 rationū omnium perfectio eſt. His approbat, ad aliū  
 35 dixit: Ut nihil contra leges agat. Tum ille: Si cognoue-  
 ris, inquit, quoniam deus legislator mentes intellec-  
 tuerit ad hominū uitam bene regendam, leges ſequē-  
 36 ris. Approbans & hunc, ab alio roga: Quod ſit cogni-  
 tionis cōmodum. Sic ille: Si accidentia, inquit, reputare  
 uolumus, in aduersis eorum rebus & nos unā grauerit  
 afficimur & premimur, uel pro cognatorū mœſtitie  
 magnitudine: fortunantibus autem illis, gloria inde &  
 decore extollimur. Si uero negocium inter ſe benigne  
 ſuſceperint,

suscepérint, & cuncta indissolubili glutino se habent,  
 nihilq; ad sequūdas illorū res desideratur. Verum oran-  
 dum est, ut deus cuncta sequūdet. His item receptis, ad  
 aliū dixit: Quemadmodum intrepidus existat. Ille, 37  
 si mens, inquit, nullius sibi conscientia mali deum sequatur,  
 qui cōsilīa omnia in bonum dirigit. Hoc collaudato, ab  
 alio petit: Quomodo recta ratio in promptu sibi esset. 38  
 Si hominū, inquit ille, infortunia semper considerau-  
 ris, reuoluens quales rerum uiciſſitudines deus afferat,  
 aliosq; gloria ſublatos honoribus prouehat, aliosq; ca-  
 lamitatibus opertos ignominia deiſciat. Hunc bene di-  
 xisse afferens, aliū respondere hortatur: Quibusnam 39  
 modis neq; ſocordia, neq; uoluptatibus distrahat. Il-  
 le, in promptu hoc tibi eſt, ait, cum & magno regno im-  
 peres, & uaria negociorū multitudine tenearis, ut non  
 ad aliud quidpiam traducendi mentem quies detur. Ho-  
 rum igitur cura uerſeris oportet, deumq; roga, ne quod  
 te decet prætermittas. Laudans & hunc, à decimo po-  
 ſtulat: Quemadmodum noscat qui in eum dolo agant. 40  
 Ille ad ea respondit: Si obſeruaueris qua quisq; erga te  
 libertate utatur, an eosdem ſemper mores habuerit in  
 ſalutando consultandoq;, ac reliqua uitæ cōuertatione,  
 nec quicquā eorum que amicitia postulat prætermife-  
 rit ab affectibus & alijs uitæ rationib; Deus uero tibi  
 rex ad optimā quæq; intellectum instruct. Hic rex no-  
 mine quoſq; appellans, omnes collaudat, moxq; cuncti  
 in iucunditate uertuntur. Postera die rex conuiuij op-

- portunitate sumpta, sequentem monet ut ostendere ueritatem:  
**41** lit: Quae sit maxima negligentia. Tum ille: Si quis filiorum, inquit, negligens fuerit, eosque nulla in re erudit. Deo enim semper uota non pro nobis tantum concipi mus, quantum precamur, ut et liberis nostris bona cuncta adsint, eruditione et prudentiam impartiantur: nam id dei uirtute euenerit. Et hunc recte dixisse obtestatus, ab alio petit: Quomodo patriæ cultor existeret. Si tibi persuaseris, ille inquit, domi uiuere et mori optimum esse, peregrinatione uero agentibus stultiā, diuitibus dedecus afferre, ceu patria suis malis eieci sunt. Igitur tu bonis quemadmodū et facis cunctos afficiens, id assequeris: deus enim in omnibus gratiam tibi præstabit.  
**42** **43** Hoc audito, alium rogat: Ut uxoribus accommodandum sit. Ille, quandoquidem, ait, foeminarū genus sui confidens est, asperum, et suorum affectuum sequax, atq; in lapsu proclive propter imprudentiam, et cuius natura imbecillem, uerum ad ualitudinem et comoda nostra utendae sunt, neq; illis contraria sententia aduersandū. Est enim dirigenda uita ad certū aliquem finem, ac ueluti nauium gubernatores signū aliquid intendere, quæ profecto omnia et cetera cum cunctis dei institutione reguntur. Assentiens huic, proximū ad differendū hortatur:  
**44** Quomodo nō decipiatur. Ad ea ille: Si singulari ratione prosecutus, ait, de tractoribus insuasus persistenter: sed tu ipse ut excellis, dicta quæque discernens et facta, si operationes tuas certo iudicio directas perficeris, indecessus

ptus rex, ut dicas, eris. Hoc uero intelligere atque in his  
 uersari est diuinæ potentiae operatio. His dictis rex af-  
 sensus, ab alio poscit: Quemadmodum non sit iracun- 45  
 dus. Ille, Si consideraueris, inquit, quoniam is in quo  
 omniū uita pendet, si quid per iram agat, mortem plu-  
 ribus affert: quod quidem triste & perniciosum est,  
 multorum uitam regni causa delere. Verum cum om-  
 nes obsecudent & pareant, nec unus quidem aduer-  
 setur, qua de causa irascendum est? Sed nosse oportet,  
 ut deus omni indignatione uacuus, uniuersum guber-  
 net, quem te imitari necessè est. Rex bene & hunc re-  
 spondisse dicens, sequentem interrogat: Quid sit bene 46  
 consulere. Recte cuncta, ille ait, ex rationis discursu  
 agere, ad propositum aliquem finem, rei sc̄ereq; iniuti-  
 lia & rationi contraria, ut mente per singula discur-  
 sante, bene consulendo propositum adipiscamur. Sed  
 omne consilium est dei uirtute firmissimum, tibi præ-  
 fertim pietatem exercenti. Applaudens & huic, dein= 47  
 ceps ostendere iubet: Quid sit philosophari. Bene &  
 commode ratiocinari, refert, circa unumquodq; eorum  
 que emergunt, neque appetitibus efferti, negligereq;  
 uana cuncta & stulta que ex cupiditatibus oriri so-  
 lent, ad peragenda opportuna mensura quadam deduci:  
 quam statum ut adipiscamur, deum implorare o-  
 portet. Huic annuens, inquit ad sequentem: Quæ sit 48  
 hospitallatis remuneratio. Si omnibus, inquit, æquus  
 existens, quæ acceperis maiori etiam foenore accumu-

lata reddideris, ita ut in hospitalitate excellere videas.  
 49 lata reddideris, ita ut in hospitalitate excellere videas.  
 ris. Nam & deus plurimum humiles erigit, & subie-  
 cto homines diligit. Attestans his, ab alio petit: Quae  
 sint diurna opera. Ille, si magna, inquit, quis & ue-  
 neranda absoluat, adeo ut spectantes propter operum  
 pulchritudinem & excellentiam illis abstineant, neque quen-  
 quam prætermittat eorum qui talia expoliunt, neque in-  
 donatos aliquos ad ea perficienda impellat que uetus po-  
 scit. Etenim deus cuncta cernens, genus hominum donis  
 accumulat, præbens illis bonam ualeitudinem, & sensus,  
 & alia huiusmodi. Quare & tu simile quid imitatus,  
 laborantibus calamitosisq; malorum incisitudinem, quie-  
 temq; tribue. Ea namque perpetua, quae ex iustitia perfic-  
 ciuntur. Recte & hunc respondisse affirmans, decimus  
 50 rogat: Quis sit sapientie fructus. Is, non concium sibi  
 esse mali, respondit, & uitam in ueritate transfigere: ex  
 his enim maximum gaudium & animi uoluptas gignitur,  
 præstantissime rex, & spes in deo optimæ tibi regnanti  
 pic, aderunt. His auditis, cuncti ea multo applausu ap-  
 probarunt. Post haec rex multa letitia plenus, ad pro-  
 pinandum uertitur. Postridie uero ubi ex consuetudine  
 thoris omnes discubuerent, rex sumpto tempore, eos qui  
 51 supererant interrogat, à primo eorum petens: Quoniam  
 modo quis in superbiam non extollatur. Respondit ille:  
 Si æqualitatē seruet, & singulis in rebus suū p̄sū me-  
 minerit, reuoluens animo, ut homo hominibus p̄ficit,  
 utq; deus delectat superbos, mansuetos & humiles extol-  
 lat.

lat. Hortatus hunc, sequentem ad dicendum monet: Quibus 52  
 consultoribus utendum sit. His, ait, qui multis in rebus  
 uersati, summam erga te benevolentiam seruent, atque  
 moribus sint tui similes. Sed dei claritas ostendit, qui sunt  
 huiusmodi digni. Laudans et hunc, ab alio postulat:  
 Quid regis maxime necessarium. Subditorum, inquit, 53  
 amor et dilectio: per hoc namque insolubile benevolentia  
 vinculum texitur: deus enim ea perficit, quae recte eli-  
 guntur. Huic annuens, aliud diffinire hortatur: Quis 54  
 sit orationis finis. Tum ille, Proposito, ait, de quo dicen-  
 dum sit, aduersario persuadere, diluendo contraria, et  
 incpta ostendendo. Sic enim inoffenso currens pede, fine  
 multa laude assequetur. Sed dei opere dirigitur persua-  
 sio. Bene et hunc dicere testatus, aliud interrogat: Quo= 55  
 modo multis in regno populis se accommodet. Si decen-  
 ter cuique distribueris, inquit, iustitiamque (quemadmodum  
 facis) ducem sequaris, præbente deo tibi recta discer-  
 nere. Congratulatus huic, ad aliud dixit: In quibus est 56  
 tristandum. Ad haec ille respondit: In amicorum aduersis:  
 Quandoquidem diuturna causa et inuitabilia cernimus,  
 que ue calamitatibus operatos interimant: nam in his  
 mœstiam nulla ratio leuat. Sed de ipsis in quibus despe-  
 ramus, neque quicquam in his utile inuenimus, mortales  
 omnes contristantur: malum uero omnino effugere, di-  
 unxe potentiae est. Sic illi respondendum fuisse testatus,  
 ad aliud transiit petens, Quare quis inglorius fiat. Re= 57  
 spondit ille: Siquando superbia quis duclus exasperetur,

- uituperationes tunc subeunt & gloriæ priuatio. Nam deus totius gloriæ dominator, eam quō uult declinat. Hoc collaudato, alium exinde ostendere uelit precatur:
- 58 Quibus seipsum credere oporteat. Is qui tibi beneuolentia ita afficiantur, inquit, ut neq; timore neq; cupiditate illa lucrōue tangantur. Amoris uero signum difficulter apparet, & temporis obseruatione indiget. Nam qui dimitijs intendit, natura proditor existit. At tibi omnes tui amatores adsunt, deo tibi recta consilia præbente.
- 59 Prudenter & hunc dixisse dicens, alium rogat: Quid regnū conseruet. Ille, cura & meditatio, respondit, ne quid à rerum præpositis male agatur, cōmittaturq; in plebem: quemadmodū facies, cum tibi deus præstantem
- 60 intellectū præbeat. Hoc laudato, deinceps petit: Quare gratia honorq; seruatur. Virtute, ille inquit: ea enim pulcherrimorū operum perfeclrix, malum conculcat: quemadmodum & tu quidem excellentem erga omnes bonitatē obseruas, quod diuino tibi munere præstat. Gratia multa huius quoq; dicta recipiens, undecimum
- 61 inde, quoniā duo à LXX supererant, postulat: Quomodo & in bellis quoque animo pacifico se habeat. Si proposueris animo, ait, nihil perperā à tuis ducibus cōmitti, uerū omnes de uirtute inter se certare, quoniā eam spem animo fixam habent, te suarū rerum curam gesturū, si illos uitiae cedere contingat. Non enim triflita afficeris, quandoquidē cuncta diuino munere recta disponas, præbente deo tibi bona sapere. Hic omnes aplausu

plausu suscipiens, letitia effunditur, ac cuicq; propinās,  
cum ijs diutius oblectatur. Septima uero die splēdidiōri  
apparatu, quod plures ē ciuitatibus legationes adessent  
conuiuo instructo, rex per occasionē ad eos uersus qui  
nondum sententiā dixerant, eorum primum dicere mo-  
net: Quemadmodum recte ratiocinetur. Ille; si tecum, 62  
inquit, reputaueris & dicta ipsa, & à quo dicantur, ac  
qua quisq; de re loquatur, eandemq; multo post tēpore  
uarijs modis perquisieris. Nam ingenij acumen ad di-  
scernenda queq; (quemadmodū & tu possides rex) dei  
pulcherrimū est donū. Ea plausu approbans rex, aliud  
postulat: Propter quid est quod pleriq; uirtutē non af-  
sequātur. Hic ille: Quoniam natura, ait, mortales om-  
nes incontinentes & ad uoluptates prinos finxit, ex qui-  
bus iniustitia gignitur, & auaritiæ cumulus: uirtutis ue-  
ro status alto loco fixus, eos maxime prohibet & rei-  
cit, qui uoluptatibus devincuntur. Fortitudinem nanq;  
& iustitiam potissimū colendas iubet, quorū ductor &  
largitor deus est. Recte & hunc respondisse asserens,  
ab alio petit: Quid reges potissimū sequi oporteat. Re- 64  
spondit ille: Leges, ut iustis operationibus mortaliū ui-  
tam regant: quemadmodū & tu peragens, perennem  
tui memoriā fecisti, diuina præcepta secutus. Hoc col-  
laudato, sequentem rogat inquiens: Qui magistratibus 65  
præficiendi sint. Ille, quicunque, ait, iniqui odio ha-  
bent, ac tuos imitantur affectus, laudumq; dulcedine tra-  
eti, iusta semper ad adipiscendam gloriam operantur.

Quod & tu profecto rex, quandoquidem deus iustitiae  
 coronam tribuit, assequeris. Et hunc uoce approbans,  
**66** ad alium uersus poscit: Qui sunt in duces eligendi. Qui  
 fortitudine & iustitia excellant, inquit, quiq; hominum  
 salutē cruentae uictoriae anteponant. Nam & deus bo-  
 na ad omnes operatur: quem tu sequutus, bonis afficias  
 subditos tuos. Huius responsum laudans, quærerit inde:  
**67** Qui uir admiratione dignus sit. Ad ea ille: Quicunq;  
 refert, gloria, diuitijs & potentia exuberans, & quam  
 tamen erga omnes mentem habeat: quemadmodum &  
 tu talen te gerens, omnibus admirandus existis: deus  
 enim in hanc curam te dicit. Annuens huic, ad alium di-  
**68** xit: Quibus in rebus reges diutius uersari debeat. Tum  
 ille: In rerum gestarū cognitione, ait, in legendisq; in-  
 cumbentī operum libellis, temporis plurimū assumere  
 oportet, & quæcunq; ad conseruāda regna, emenda-  
 dosq; hominum mores scripta sunt perquirere: quod tu  
 cum studio peragis, deusq; consilia tua forcundet, excel-  
 lentem supra alios gloriā obtines. Gestiens huic, iubet  
**69** ut inde ordine alius dicat: Quid per ocium agendū sit,  
 ne inertia torpeas. Ille ad hæc: Considerandum est, ait,  
 multa cum diligentia quæcunq; in mentem ueniunt, &  
 ante oculos uitæ formam & imaginem quandam pro-  
 ponendam: tum qua quæq; ui perfecta sint, consideran-  
 dum. Est enim & in his decus suū & eruditio quædam.  
 Nam & sepe in minūnis egregium quiddam elucet,  
 quod eligas. Tu uero quando bonitatē tibi deus sufficit,  
 eleg. antiam

elegantiā omnem propter philosophandi studium am-  
pliaberis. Hūc extollens dictis, nouum petens: Dic, ait, 70  
quomodo in conuiuis transigendum sit. Is discendi cu-  
pidos assumendos esse refert, & qui regni negotia me-  
minisse possit, & principum uitas narrare: his nanque  
suauius nihil, neq; iucundius inuenies: quoniam hi quis-  
dem ad eruditio[n]ē pulcherrima quæq; instructi, deum  
uenerātur: quod tu profecto facis, cum præsertim cun-  
cta tibi deus fortunet. Quo probato, rex ab alio petit:  
Quid potius sit populis, an priuatū quempiam regem 71  
sibi constituāt, an uero ex rege genitum regem sequan-  
tur. Respondit ille: Id quod naturæ decētius est. Etenim  
cum reges ex regibus orti insuaves & asperi erga popu-  
los habeātur, longe magis & qui à priuato loco ad hāc  
magnitudinē uechuntur, quando & pauperiē & duros  
labores experti sunt, truculētiores impijs tyrannis euā-  
dent, ui quadam subiectis imperantes. Verum ut suprā  
dictum est, mos optimus est, & institutio cōmunitis ua-  
lentissima ad regnandum, quemadmodū tu rex magnis  
imperias. Nam non tantū gloria & imperio & diuitijs  
excellis, quantū mansuetudine & benignitate uniuers-  
sos dei munere allicis. Diutius et hoc collaudato, uersus  
ad ultimū: Et tu dic, inquit, quid sit in regno optimum. 72  
Tum ille: In pace, inquit, semper populos cōtincre, atq;  
in causis peragendis quantocvus recte disjudicare. Hæc  
per principem fuent, quando malos exosus, bonos dili-  
git, plurimiq; existimat si hominis animam saluam reda-

dat: sicuti & tu, qui hominis necem, summum ducis scelus, cunctaque iustitia moderans, perennem gestorum tuorum gloriam exornas, cum deus tibi liberam malis mentem, omnique labore exemptam illustrauerit. His simul diuis ingens plausus attollitur, cuncta laetitia & gaudio diutius complentur. Sed ut sunt facta silentia tectis, rex craterem mero statuens propinat, & his qui sententias dixerant, & presentibus omnibus, atque ita orsus: Mada xima, inquit, mihi uestra presentia adfuerunt bona.

Nam & plurimum commodi uestris responsis, & doctrinam ad regnandum attulisti. Hinc tria cuique talenta argenti, & puerum qui ministravit donum regni instituit. Ex approbantibus universis & applaudentibus, laetitia & gaudio conuiuum effunditur, rege ante omnes festiuissime soluto. Plura equidem de his dixi Philocrates, hominem sapientiae affectus. Miraberis namque uiros sic extempore ad proposita queque tam accommodate, tamque eleganter respondere potuisse, cum presentim questiones huiusmodi diuturna meditatioe perquisitae fuerint, & qui interrogabat, multa prius cogitando singula proponeret. Et illi extemporaneis responsis ita inter se se conuenierunt, ac si de his diutius consultassent. Quapropter admiratione digni uisi sunt, cum mihi & presentibus omnibus, tum maxime philosophis. Verum enim uero legentium haec fidem excellere arbitror, & maiora uideri quam quisquam credere possit. Sed quoniam ipse falsum adiucere uoluerim, cum eadem & in regis monimentis

cerne

cerni liceat, in quibus uel minimū prætermitti summo  
sceleri ducatur? Vera igitur atque ut singula gesta sunt,  
omni prorsus errore abiecto, referimus. Quia in re quo  
uerius singula teneremus, ea diligentia usi sumus, ut af-  
sumptis regijs actis, in quibus gesta regis, dicta quæq;  
& responsa, conuiuijq; refruntur, nostra hæc ex illis  
mutuatis simus. Mos est etenim quotidie, quemadmodum  
nosi, ex ea diei hora qua primum rex responsa reddere  
cœperit, usquedum in somno quiescat, singula eius di-  
cta, gesta, facta literis demandare: rem profecto utilem  
& recte institutam, ut cum prioris diei responsa & acta  
releguntur, si quid minus cōmode gestum sit, emendari  
possit. Igitur cuncta (sicuti diximus) regis monumenta  
diligentius perscrutatus, hæc ad te idcirco transcripsi,  
quoniam intelligerem quantopere bonarū artuum desi-  
derio tenearis. Post tres uero dies quam ea gesta sunt,  
Demetrius uiros ad maris insulam deduxit, trāsmissoq;  
aggere septem stadiorū, pontem transgreditur: regio-  
nem inde que ad boream uergit petens, ad præparatiū  
cōfessum uenit. Domus erat supra littus, perquam de-  
center ornata, & quæ multo silentio quiesceret, rebus  
omnibus ad uitæ usum elegantissime dispositis: illic eos  
ad peragendam interpretationē hortatur. Viri singula  
inter se differendo, consonū quid edebant. Rursusq; ex  
ijs in quibus omnū consensu acceſſerat, illa Demetrio  
habenda seruabant, quæ digniora, elegantiora q; uidet-  
bantur. Extendebat uero confessus hiuusmodi & dia-

sceptatio ad nonam usque diei horam: soluto huiusmodi  
 cōsilio ad curanda corpora disceditur. Etenim, ut p̄̄e  
 diximus, cuncta sumptuosissime præbebātur. Nam &  
 quæcunq; persingulos dies rex præparabat, eadem &  
 his Dorotheus, cui ea cura demandata erat, studio assi-  
 quebatur. Ad hæc quotidie regiam aulam inuisebant:  
 ubi rege consalutato ad consueta loca diuertunt: atque  
 ut mos est Iudæis omnibus, manibus prius in mari lotis,  
 deo preces effundunt, lectioni inde & rerum interpre-  
 tationi operam dant. Interrogavi quidē et illud quoq;  
 cuius gratia cum uota facerent, manus prius lauarent.  
 Querenti talia, demonstrarūt illud testimonium esse;  
 ne quid perperām agant, sed pie cuncta sancte q; perfis-  
 ciant: quandoquidē uniuersa opera manibus exerceantur:  
 recte singula ad iustitiam & ueritatem, sicut p̄̄e  
 diximus, referentes. Igitur uiri & loci silentio & quieti  
 habiti, magnaq; ubiq; rerū amoenitate, splendore tra-  
 ducti, propositū opus expoliunt. Euenit autem ut duo-  
 bus & septuaginta diebus quasi id ē cōposito inter se  
 factum fuisset, perficeretur huiusmodi scripturæ inters-  
 pretatio. Enim uero Demetrius rebus rite peractis, om-  
 nem Iudæorū multitudinē in eundem locum ubi inters-  
 pretatio perfecta est aduocat, rem omnem à principio  
 edocet à p̄̄estātibus interpretibus, qui ab uniuersa mul-  
 titudine maximis gratijs, & laudibus prosequuti sunt,  
 quippe qui p̄̄estantium honorū causa extiterint. Exin  
 Demetrium uenerantur, orantiq; ut legem huiusmodi  
 transcri-  
 :  
 :

transcriptam suis principibus permittere uelit, donec eius compositionē considerent. Igitur dum lex cognoscitur, astantes interpretum seniores, urbiumq; legati, & multitudinis principes, unā omnes obtestātur, recte, sancleq; unumquodq; interpretatum esse, beneq; se habere si sic permaneāt, neq; in uno quidem permutetur. Approbantibus ea omnibus & rogationi applaudentibus, iubet Demetrius ut pro eorum consuetudine imp̄recentur, si quis uel addere, uel mutare, transferre, deulerēc audeat quicquā ex ijs omnibus quae scripta sunt. Cum uniuersa hæc rite compleuissent, ut perennis illa sit semperq; seruetur adiurat. Eadē ubi & illi lāeto plausu exoptarent, regi maxime gratificatus est, quod demandatum sibi munus egregie obijsset, traderetq; perfectū. Hic rex post ubi studio cuncta explorat discitq; legislatoris sensus quosq; longe admiratus, ad Demetrium ait: Ut fieri potuit quādo talia hæc tamq; perfecta sunt quod historicorū aut poëtarum nemo sibi assumpserit. Tum ille: Cum ob uenerandam legis institutionem, refert, tum quia deus prohibuerit. Nam quidam tantum opus sibi assumere ausi, mox diuina ultione percussi, consilio abstulere. Testaturq; inde se audisse Theopom̄um, quoniā ex lege secretiora quædam in historia auctorius transferre conaretur, supra triginta dies mentis turbatione correptum. Qui cum per morbi interualla deum implorasset, ei manifestò per insomnium demonstratū est, ea gratia id sibi contigisse, quod diuina per-

uertens, in iugis proiscere tentasset: quibus uis is emen-  
datus, & menti redditus est. Et quidem & ipse com-  
peri apud Theodectum tragœdiarū scriptorem se lu-  
minibus captum, dum quedam ex huiusmodi libris in  
suum poëma trāferre uellet. Verum ubi eam cœcitat-  
causam animaduertit, deum plures orasse dies, atq; ita  
restitutum ait. Tum rex obtestatus, hæc à Demetrio  
per pulchre dici, adiuat, iubetq; ut in seruandis custos-  
diendisq; ab omni macula libris, summa exhibeatur cu-  
ra. Exin interpretes perbenigne alloquens, ut cum in  
Iudeam uenerint, frequentius ad se commeare uelint,  
hortatur. Aequum enim est, inquit, ut nunc pro digni-  
tate domum deducantur. Si uero redierint, amicos illos  
sicut fas est habiturum, & magnis insuper muneribus  
ornaturū, pollicemur. Mox hominum redditus paretur,  
imperat, digna sui magnificentia erga eos usus. Etenim  
singulos tribus inclytis stolis donat, additq; præterea  
auri talenta duo, crateremq; præstantem, talenti pon-  
do unius: addit omnem diuersorij ornatum. Mitit ad  
hæc Eleazar o thoros decem argenteis pedibus sufful-  
tos, cum his omnibus rebus que ad illorū decus exqui-  
runtur. Alia insuper talenta triginta, stolas decem, pur-  
puram, coronamq; decentem: tunicas byssinas ad cen-  
tum, & phialas & pelues crateresq; aureos ad libanis-  
na duos. Literis deinde suis eū exhortatus est, ne homi-  
nes prohiberet, si quando eorum quispiam ad se redire-  
uellet. Nam cum doctorū uirorum consuetudines plus

ris faceret, in his consequēdis opes suas, nō quidem uas-  
nis in rebus, ut prodigi, sumptuosissime clargiebatur.  
Habes tu quidem Philocrates munus, quod polliciti su-  
mus, in quo legendo maiorem te profecto uoluptatem  
capturum arbitror, quam si in perciarendis fabulosarū  
rerum libris oblecteris: cum præsertim magnorum ge-  
storum exercitatione, in quo quidem diutius uersaris,  
ingenium exerceas. Quapropter enī digna quæq;  
ad te deinceps perscribere, ut præstantissimarū  
rerum inter nos amoris certamen  
excitetur. Vale.

## ARISTEAE DE LXXII. LEGIS

Hebraicæ interpretibus finis.



# DIVI GREGORII

225

NEOCAESARIENSIS EPI-  
scopi, in Ecclesiasten cōmentariolus, IOANNE  
OE COLAMPADIO. INTERP.



N hunc modū dicit Salomon ille, Dauid regis atq; prophetæ filius, tam regni gloria, quām uaticinandi sapientia omnium clarissimus, ad uniuersam ecclesiā dei. Quām inania sunt nulliusq; pensi, cun Vanitas uaria hominum studia simulac negocia: neq; enim facile nitatū &c. quis uel unam aliquam recensebit utilitatem cōcinnatam ex omnibus, quæ homines super terrā reptantes, tanto corporum, animorumq; molimine parturiūt. Et licet in his temporalibus efficiāt nihil, sed magis ab eis uincantur & fatigentur, ad contemplanda tamen suā perecolestia generosiores mētis oculos attollere nolūt.

Atqui transfigiunt interim ipsorum uita, præterit Generatio optimus quisq; dies, transeunt anni tempora, transeunt præterit. Annī, sed & sol cursum suum intra designatos terminos perficit, & nunc tempora hæc fores pulsant, nunc illa se latenter subducunt. Res autem ipsæ reēle comitantur fluxui torrentiū, qui in immēsum maris profundum ingenti strepitu incident. Sunt tamen quæ Terra in æa eadem manent semper, ipsa scilicet quæ propter homi ternum statnes à deo sunt condita, qualia sunt, nasci è tellure, uerti &c. in terram, eandem perpetuo consistere terram, solem cum totam terram circumeat, perfecto circulo ad ean-

dem recurrere exitus sui metā: item flare uentos, totq;  
ac tantos amnes se in pontum effundere, uētōsq; irruen-  
tes neq; cogere illum suos egredi sinū, neque ipsos suis  
aberrare legibus. Et ea quidem uti cōducibilia nostræ

Cūctæres huic uitæ sic fieri congruebat. At quæ ab hominibus  
difficiles elucubrata sive uerba sive opera, mensuram modumq;  
nesciunt. Quām frequens enim sermonum fluit. & q; nu-  
gacitatis farrago? citra omnem tamen cōmoditatem.  
Veruntamen ita se habet hominū genus, audiendo nar-  
randoq; fabulas, & rerum elabenium, quamvis incer-

Quid est, tis, aspectibus expleri nequit. Iam de operibus dic,  
quod fuit erit ne aliquid post nos, quod non superioribus quoq;  
seculis sit perfectum? aut quod nouum illud hominum  
opus, quod nō olim attentatū, modo memoria dignum  
fit? Ego sanè nihil uideo, quod quis uel recens uel no-  
uum, uel priscis ignoratum iure dicat. Et omnes qui di-  
ligenter rem perpendunt, mecum sentient, & inuenient  
quod quemadmodum priora obliuione sunt occultata,  
ita & presentia apud posteros tempore obscurabun-  
tur.

Ego Eccle-  
siastes fui  
rex &c.  
Neq; hæc nunc cōcionatorio munere fungens,  
temere immeditatōe in medium affero: equidem cum  
mihi regni Hebræorū in Hierosolymis administratio  
fuerit credita, satis accurato studio comperta sunt om-  
nia. Sanè diligēti indagatione animo aduerti maxime,  
didiciq; cum primis hominem ad laborem natum, plus  
rimisq; frustra occupari. Animum enim inferiora hec  
omnia

omnia, graui, amarulentio, & abominato spiritu disten-  
dunt. Atque adeo ad iantam verum deordinationē peruersi dif-  
peruentum est, ne uel ad integrū boni statum mundus facile corri-  
reparari, uel quānis absurditatibus humana negocia gütur &c.  
inuoluuntur, possit cogitari. Mīhi uero (reputati  
mecū, quod maiori p̄e omnībus regib⁹ qui ante me Loquutus  
hic fuerunt, sapientia p̄æditus essem, caleremq; p̄ārā sum in cor-  
bolarum mysteria, & rerum intelligerem naturas) ueo, de &c.  
nit aliquando in mentem, si qua alia non uulgaris pa-  
teret via illuc deducens, scilicet ut sapientiae beneficijs  
scientiam, scientiæq; adminiculis laborem commodius  
assequerer. Hoc itaq; cōſilio firmato, in alio uiuen Cap. II.  
di genere uersaturus, decreui uacare delicijs, uariasq;  
Dixi ergo  
experiri uoluptates. Statim autē probe intelligens esse in corde.  
etiam ea omnia uana, & risum qui temere admitti po-  
terat coërcebam, & uoluptatem amara increpatione,  
temperantie studio, emendabā. Postea uero quām Cogitauit  
considerauit, quod animus posset naturam corporis, p̄a corde meo  
rentem illam ebrietatis & fluidā, quasi uinum diluere &c.  
ac ſſttere: appetitum enim sobrietas in ſeruitutē dedu-  
cit: mirum me incessit desiderium ut uiderem quidnam  
mortali bus contingere posset, quod reuera bonum, &  
in quo digne per hanc uitam occuparentur. Quocirca  
nihil omniū que admiratione digna censentur omisi;  
quod non tractarim. Extructa ſtant in excelsum p̄a Magnifi-  
latia, uineæ conſitæ ſunt, horii etiam ex omni genere caui opera  
fructifrarum arborum magna cura plantati. Piscinae meæ &c.

quoq; instructae ad excipiendas aquas, que distributæ plantas largiter rigent. Insuper numeroſo ministroruſ ministrarumq; famulitio ſtipabar, quorum opera par- tim foris, partim domi & mecum utebar. Nec deerant animalium quadrupedum armenta, plura enim ac pe- corosiora in mea quam illius ex priscis illis facultate bubilia ouiliaq; erant. Addo quod auri argentiq; gaze affluebant. Satellites erant, tributumq; pendebant o- mnium reges. Plurimi item adolescentuloruſ adolescen- tularumq; chori ſuauifima carmina, quibus me oble- clarent, modulabantur. In eandem etiam delitiarū par- tem institui cōiuia, tamq; multos ex utroq; hominum genere pocillatores delegi, ut ne ipſe quidem eos diu- merare poſſem. Tanta gloria omnes qui ante me re- gnauerunt in Hierosolymis antecellebam. Verum quid deinde fit subſecutū, accipe. Sapientia imminue- batur paulatim, cōcupiſcentiæq; parum ſanæ inuade- ſcebant crebrius. Nam ubi me quibuslibet oculorū ille- cebris, & cuius inſtreni pectoris impetuī undecunque ille irrueret permisi, nusquam aliò ſpectans quam unde uoluptatiū ſpes aliqua affulgeret, tum me miserū omni- farijs delitijs, in quascunque trahebat cupido, irretiui. Quin & in eam me miseriam reprobi illi cogitatus in- trudebant, ut persuaderem mihi delicias uel per ſe bo- nas eſſe, uel officium meum decere. Porrò ut resipui, ut apertis oculis uidi que in manibus haberem, manifeſte comperi, etiā illa uesani ſpiritū opera minus feliciter ſuccē

succedere, esseq; in eis difficultatis malitiæq; plurimū, atq; adeò iam nihil in omnibus quæ homines commorant, approbatione dignū, rationisq; iudicio amplectendum uidebatur. Collatis tamen inter se sapientiæ Transui ad bonis, & insipientiæ malis, meritò admirabile cum cōtemplatur uirum pronuncio, qui aliquando absurde acta uita, sedam &c. metipsum corripiens, in quam decet uiam reuertitur. Grande etenim sapientiæ insipientiæq; interstitium, discribenq; tantum, quanū diei est ac noctis. Nam qui uirtute sectatur, similis est homini clare sursum & undeq; cernenti, uiam illius fulgidissimo iubare illustrante. Contrà qui uitijs erroribusq; implicitus, comparandus est erranti in tenebris: cæcus enim est, & oculos illi tenebroſa opera sua effoderūt. De uarie. Et didicītate etiam finis utriusque in insipientia mea cogitanti qd'unus mihi, occurrebat diuersum nihil. Dicebā autē, æquā utriusq; forte sapientem stultumq; mori. Sed his ego uerbis me ex stultorum numero esse declaraui, dignus qui insipientiæ recipiam mercedem. Quid boni ex his argutijs nascitur uel qualis utilitas huius multiloquij, ubi nugacitatis fluenta quasi ex scatebris insipientiæ propelluntur? Nihil enim dignius suscepit, quam sapienti insipientiæ, commune fore nihil, neque iuxta hominū memoriā, neque iuxta dei retributionem. Etiam si nunc rerum omnium, que tamen adhuc ordiri uidentur, instaret finis, nō tamen eundem cum sapiente suem soriret. Et idcirco tiretur insipientis. Proinde merito exosam habeo ostendit &c.

mnem hanc uitam, quam terrestribus negotijs tonus intentus, in eiusmodi uanitates insumpsi. Nam ut comprehensim dicam, omnes labores meos amaritudo respersu, omniaq; opera inconsiderato concitatoris ani Rursum de mi impetu precipitata sunt. Miseri autem laborum testatus sum meorum fructus, alteri (incertum sapiens ne ille an insipiens futurus sit) obuenient. Cæterum ubi eos abiecerimus, tunc perspicuum erit uera hominis bona esse sapientiae thesauros, & forititudinis peculium. Quod si hæc alicui curae non fuerint, non tamen ideo securus eudet, iam enim pro bonis mala, pro iucundis affera, pro quietis molesta recepit. Siquidem diu noctuq; semper uagentibus & animi & corporis laboribus, cor suum perpetuis & euaniidis curis lancingat, sedq; molestis negotiis & turbellis torquet ac discruciat. Igitur perse

**Nonne me=** lius est co= Etum bonum non circa epulas potumq; residet, quamvis medere &c non aliunde nobis quam à deo alimenta erogantur. Nihil enim saluti nostræ seruies extra ipsius est prouidentia.

**Homini bo** no &c. Et bonus quidem uir sapientiam à deo asequutus cœlesti letitia potitur: improbus autem sicuti affligatur à deo, laborat habendi auiditate insatiabili, opesq; magis ac magis coaceruare studet. Eum etiam qui à deo honoratus est, uel coram ipso omnium domino ignomini, afflere audet, pollicendo inutilia dona. Dolosa enim uer-

**Cap. III** naq; sunt istius miseræ anime studia. Porro quanum Omnia tem mihi uidere licet, per hoc tempus omnia maximeq; conpus habet. traxia contingunt. Nata sunt aliqua, dein emoriuntur: plantata

plantata sunt, dein subuertuntur: quæ nunc curabilia,  
dein letalia: extruuntur ædes, paulò post solo æquani-  
tur: lachrymatur, paulò post ridetur: nunc luctus, dein  
tripudium. Nunc terrena quis congregat, dein abiicit:  
et nunc insano amore in mulierē exاردescit, eandem  
dein aliquando capitali odio insectatur. Nunc quis de-  
dita opera quererit aliquid quaecunq; id sit, dein illud  
ipsum rursum disperdit: et nūc anxia seruat custodia,  
quod dein fastidiens sponte profert. Nunc quis occidit,  
dein occiditur: locutus est quis, idem postea obticuit.  
Dilexit, nō multò post odio habuit. Humanæ res bello-  
rum motibus nunc turbantur nunc uicant, et si quan-  
do bonæ felicesq; uidentur, subito in aduersas et ex cō-  
fesso malas uergunt. Dicamus igitur tam in fructuo Vidi afflī-  
sis laboribus aliquando longū ualere, siquidem omnia cōfōnē et  
hæc mea sententia ad exagitandos homines aculeis ue-  
nenatis armata sunt. Et malignus dæmon, qui ab initio  
mundi usq; ad finē nocendi semper est audius, ringenti  
ore seculum hoc circuit, et immodice cōtendit, si qua Et cognoui  
occasione nocta creaturā dei perdere possit. Pro quod nō ef-  
pterea persuasum habeo maxima hominis bona esse, set et c.  
iucunditatem mentis, et bonorum operum actionem.  
Quanquam nō inficias ierim ex deo esse, etiā si tempo-  
ralibus fruamur, modo per ea, duce iustitia, ducamur  
in cœlestia intermorituraq; nunquā opera, quæcunq;  
deus adeò stabiliter obseruanda præscripsit, ne cuiquā  
quantuscūq; is sit, ex eis uel deirahere uel addere quic-

quam fas esset. Recrētia enim & admiratione digna  
**Quod fa-** sunt. Itaq; iuxta pr̄scientiam dei, ea que olim sunt  
**ctū est per-** facta, nunc existunt, & futura perinde certa sunt, atq;  
**manet &c.** nunc sint facta. Vnde indubitatum sit cum qui iniuria  
afficitur, etiamnū usum adiutore deo. Ecce uidi in re-  
gionibus infernis barathrum ad fontes & impios ples-  
tiendos, & delicatam alteram regionē pijs deputatā.

**Et dixi in** Quomodo ergo ego olim insipienter censui, apud  
**corde &c.** deum reputari, iudicariq; similiter, nihil differre iuste  
& iniuste agere, ratione pr̄editū uel brutum esse: sed  
& nihil distare apud deum, hominum & iumentorum  
genera, quia omnibus sine discrimine tempus dispens-  
satur, & mors irrogatur, sed discreta inter se sola uocis  
articulatione, cætera autē fermè eadē obuenire utrisq;;  
neque esse iura mortis seuiora in alia animātia quam  
in homines, quin & spiritum omnibus similem, nihilq;  
amplius in homine, sed una ratione uana quecunq; ex  
eadem terra constituta in eandem sint redditura, incra-  
tumq; de animabus humanis an in altum subuolature,  
& de reliquis brutorum an deorsum sint defluxura?  
Sicq; mihi uidebatur nihil aliud bonum pr̄ter delicias  
& fructum, qui ex pr̄sentibus capitur. Non enim ho-  
minem si semel mortem gustaret, ad illa fruenda redire  
**Cap. IIII** posse arbitrabar. Vbi autem ab huiuscemodi cogi-  
Vertime tatis memet ipsum reduxi, considerabam & auera-  
ad alia. fabar pr̄ enim dolore tot calumniarū genera ab ho-  
minibus fingi, propter quas pleriq; iniurijs affecti plo-  
rant

rant & lamentantur, quia in extrema inopia per uim  
aliorum destituuntur non modo auxilio suorum, sed o-  
mni etiam consolatione: interim calumniatores tollun-  
tur in sublime, unde postea & ipsi corruant grauius.

Inter iniustos autem & impios, melius habent uita  
defuncti quam superstites. Et utriusq; conditione po-  
tius eligeretur sors eius qui futurus malus nondum na-  
tus est, neq; humanas molestias attigit. Iam hoc exem-  
plo meo colliquefecit, si qui in uiros claros euadat, quan-  
ta eos è proximis sequatur inuidia, tametsi is qui mali-  
gni dæmonis stimulū illum in p̄ recordijs gerit, & ex  
aliena felicitate inconsolabilem moerorem concipit, ni-  
bil aliud inde consequatur, quam quod suam ipsius ani-  
mam una cum corpore absumes discruciet ac edat. Vn-  
de fit, ut qui sapient, satius putent alteram manum im-  
plesse in ocio & tranquillitate, quam utraq; in labo-  
ribus, subdoliq; spiritus uersutia. Est & aliud quod= Consideras  
dam inconueniens, quod tamen scio non raro cōtinge= reperi &c.  
re. Sæpe uiro solitario, cui nec frater nec filius est, opes  
multæ affluunt, ipse tamen ob depravatos insatiabilis  
animi mores, nullam omnino sibi ipsi quietem, recrea-  
tionem ue concedit. Blande illum rogarim, quanam de-  
caus laboret, & lucro studēs uarijs perpetuisq; solici-  
tudinibus animū discruciet, cum tamen si quod bonum  
obuiam fiat fugiat, & quod amplecti queat, repellat.

Quanto feliores illo, qui familiaritatem cum aliis Melius est  
quibus inerūt, è qua fructus optimos percipiūt. Nam ergo duos.

cum duo viri in idem negocium incumbat, accideritq; aliquid aduersi uni, is non longe requiret auxilium, habet enim ad manū qui iuuet. Contrā, homini infelicitē agēti & refocillationis indigo, calamitas summa est solitudo. Contuberniones sane, & qui in eodē cōnaculo iuicitat, si qua oriatur tempestas, statim eam sedat mutuis consolationibus, gemina nimirum felicitate. Nam & per diem dicendi libertate festiui, & per noctē horresta hilaritate sunt securi. Solitariam autē uitam trahens, horredus sibi ipsi iuuuit, neq; credet si quis persuaderet conetur, hominibus uel temere congregatis bene Melior est consultū, funiculumq; triplicē difficile rumpi. Ego puer pau- etiam magis probarim adolescentulū pauperem & sa per &c. pientem, quam stolidū regem, licet senem, cui nunquā uenit in animū tantas fieri posse rerum nouationes, ut compeditorū aliquis olim regno præficiatur, & ipse ex iniusto principatu iuste excidat. Nonunquam enim contingit eos qui tyrannidē insipientis antea tulerunt, sub prudentioris iuuenis moderamine respirare, & hilares agere : licet æquales sui & iuiores, & qui praeter illum nō nouerunt aliud, seducti opinione peruersa & impetus spiritus cōtrarij, laudes ipsius prædicare nez Custodi pe- sciūt. Porro in ecclesiē negocijs principio uitæ tuae dē tuū &c. rationē habeto, ut & ipse rectus ambules, & pro inspi- pienib; intercedas, qui forte in posterum recepto in- Cap. V tellectu mala opera uitare discēt. Tum etiā per pul- Ne temere. chrum fuerit lingua parçē, pectore autē constāter uti. Nam

Nam licet absurdis quibusdā motibus impetratur animus, dedecus tamen foret, eos continuo effutire, moribus ue esse minus compositos. Licet enim longe à cœlo distemus, quod diligenter aduertendum est, præsentia tamen auscultantiq; deo loquimur. Grauiter itaq; loqui uilissimum: ut enim uariarum animi curarum assecræ sunt multiformes somniorum phantasiæ, ita & imprudentiae perpetua comes est loquacitas. Verum tu si quid uouendo promiseris, re præsta. Inspicientium propria est leuitas, quare tu uerax es tu, sciens quod longe melius est nihil uouere, citraq; uotum aliquid facere, quam omitttere, ubi uoueris. Quin & ociosorum uerborum omnium abundantia tanquam coram deo fugienda.

Qui id in animo suo reposuerit, sentiet res suas à deo & pendere & corrumpi: & sicut somniorum, ita uerborū maiorem partē esse euanidam, timoremq; dei in primis salutarem, tametsi ualde infrequens sit. Vnde non est quod quis miretur si uideat pauperes calunijs opprimi, iudicesq; subdolis strophis circumueniri.

Cauebis autē ne potentioribus tibi uideare maior, esto enim nunc sis impunis, à futuris tamen imminētibusq; celso &c. terroribus nō eximet te ærūnosa hæc superbia. Iam sicut bona per rapinam parta possidere damnosissimum Avarus nō simul est ac scelestissimum, ita & uiro possidendarum implebitur opum cupidio nulla ex eis obueniet uel satietas, uel syn cera amicorum benevolentia, quantumuis plurimum argenti quod possessuri sunt ab eo expectent.

Vbi multæ  
opes &c.

Quippe hominis uani hoc fuerit. At boni, ut se ac-  
cedentes letos & ad despicienda omnia eiusmodi fortis  
reddat. Et profecto magnum quiddam censi debet ta-  
libus curis nō esse agglutinatum. Ecce pauper, quamvis  
seruus sit, nec habeat quo uentrem suum expleat, plas-  
tico tamen somno refocillatur, cum interim auaro, uiz

Est & alia  
infirmitas  
&c.

giliae, cruciatusq; animi quietem excludunt. Quid  
autē inepius agitur, quam dum repositis thesauris in-  
cubatur, tantoq; studio custoditur infinitorum malorum  
occasio? Evidē necessariō corrūpentur & disperibūt  
aliquando diuitiae illae, sive eas filij possideat sive non,  
& diues ipse uelit nolit talis iterū in terrā abibit, qualis

Et nihil au-  
feret secum  
&c.

olim cum nasceretur cōparuit. Sed & hoc hominis  
augebit miseriam, quod uacuis manibus abiturus est.  
Non enim cogitat futurum uitæ finem, nativitati sue  
simillimum, neq; attēdit cuius uentorū impetui potius  
quam sibi per inutilia opera sua consultū, dum sic uitā  
suā omnē in impiissimis desiderijs, & uæsanis conatu-  
bus, & tristitijs, & infirmitatibus cōsumit: & ut sum-  
matim dicā, eiusmodi uiro dies sunt tenebrae, & uita

Hoc itaque  
uifum &c.

luctus. Non autē negauerim etiā opes bonas esse,  
& non reprobatas. Dei enim donum est, si homo lete  
perfruatur laborib. suis, modo opes illae à deo sint con-  
cessæ, & non rapina acquisitæ. Talis enim neque præ-  
uis desiderijs seruit, neque mœroribus tabescit, bono in  
omnes est animo, & in munere diuino exultat, & os-  
mitem uitam suam bonis operibus adornat.

Nunc

Nunc aliam molestiam frequentē & infīstā morē Cap. VI  
 talibus sermone persequar. Respōdet nonnunquā deus Est & aliud  
 omnibus aliquorū hominū uotis, conceditq; eis facultā malū &c.  
 tes, honores, & quæcunq; alia animis cōcipiunt. Et ita  
 inuenies uirū abundante omnibus, una tamen hac pla-  
 ga diuinitus immissa, ne uel minimo fruatur, sed alteri  
 potius reponat. Emigratis ex hac uita, neq; sibi neque  
 proximis fructum afferens. Ego etiā hoc magnū ar Hoc uani-  
 gumentū certissimumq; indicū extremae puto ærum-  
 nositatis, quando qui plurimorum filiorum appellatur tas & mis-  
 pater, incolmis longo tempore uixerit, animam suam  
 uirtutibus impinguare adeò negligit, ne uel mortis qui  
 dem memoriam degustandam admittat. Huius ego nec  
 proliſ numerositatē, nec amnositatem mihi emulando  
 optarim, imò meliore aīo conditionē intempestiuſ ſœ  
 tus qui abortientis matris utero clapsus eſt, quām illius  
 uiri. Ut enim abortiuū uane aduenit, ita & abſq; omni  
 ſatietae & fructu clanculo abit, neq; mali quippiā fo-  
 le nō aſpeclto attingit. Eius ſanē fors leuior, quām lon-  
 gæ uī illius, cui de bonitate cōſtat nihil, tametſi ambo-  
 rum idem finis sit mors. Inſipienti poſita eſt lex, ne Omnis lę-  
 concupiſcētijs indulgeat, & propter careprchēditur. bor homi-  
 ſapiens ab eis ſua ſponte ſibi temperat, propter quod nis &c.  
 uitæ reſtitudo, homini ctiam inopia preſſo dux eſt iſi-  
 neris. Irritant quorundam oculos ferulorum ſpectacu-  
 la, ſed cum inane ſit hoc uidendi ſtudium, pernicioſe  
 illecebrae animum in ſteriles occupationes trahunt.

**Quis futurus est &c.** Ut autē satis nota quae facta sunt, ita non minus & hoc manifestum, homini nullas esse uires in ea quae sua prae se, quamvis homines nugas excogitāt, & excolūt, quae postea amplectentū easdē insipientia, accipiunt incrementū. Inde tamen nihil aliud accedit commodi, quam quod sciam desiderabilia quedā esse, quae homini in hac uita cōtingere possent. Disimularetur forsitan hoc, si eo contenta esset immodica hominū solicitude, uerū futura etiam post mortem curiosius rimatur, seq;

**Cap. V II** putat cognoscere. Enim uero nō tam corpori oleū, melius est quam grata est animæ bona memoria: & uite exitus nomen boni melior quam ortus: & satius fuerit lugere q̄ cōiuari, num &c. & adesse mærentibus quam incibriatis. Qui enim finē suū recte secū cogitarit, nō tanto studio, quae huius uitæ sunt amplexabitur. Sed & risu probatior est tem-

**Melior est ira risu &c** pestuua indignatio, quandoquidem affueratione uitius corrigitur anima. Et haec causa est, ob quam sapientum animæ cōtractæ sunt ac tetricæ, insipientium uero elatæ & effusæ. Hinc etiā longe optabilius est, incrementum & castigationē sapientis unius ferre, quam totius chori improborū infeliciūq; hominum esse auditorem. Evidem crepitui s̄pinarum plurimarū, lato-

**Sed & hoc uanitas &c** igne ardentiū, insipientiū risus scitè cōparatur. Est et alia miseria in humanis, summū inquā hoc malū. Columna, quae sapientiū maxime animabus insidiatur, genosam ac densam illam uirtutū syluā extirpare molitur. Sermo nō in principio, sed cum ad calcē peruer-

nit

nerit laudandus est. Morū probetur modestia, non fa- Melior est  
 stus aut superciliū. Furor & primus indignationis im finis oratio  
 petus cohendens est, ne præceps in iram (cui stulti ser nis &c.  
 uiunt) fratur. Errat autē qui asserūt priscis melio= Ne dicas  
 rem uitā concessam, nō intelligētes quantum à posse= quid &c.  
 sionibus opum, sapiētia differat, quæ illis tanto sit cla= rior, quanto umbra sua splēdidius appetit argentum.  
 Non enim uitā nostra diuitiarū subsidio, sed sapientia  
 subsistit. Dic precor, quis tantā, tamq; suauem dei pri= dentiā poterit enarrare? aut quis poterit reparare quæ iuste à deo uidentur neglecta? Et ego olim nō recte am= bulans cognoui quomodo iustus in iustitia sua perseue= rans usque ad mortem nō excidat, insidiosusq; & im= pius cum malitia sua cōmoriatur. Porrò qui autiu Noli esse nē  
 stus est aut sapiēs, ne uideatur sibi ipsi oppidō & im= mium iustus  
 modice iustus uel sapiēs, ne forte admisso peccato uno, &c.  
 consequenter pluribus implicetur. Noli esse audax uel  
 temerarius, ne te mors ante diem rapiat. Bonum maxi= mum est dei adiutorio nisi, et sic omne cauere peccatū.  
 Abominabile etiā immaculata pollutis contingere ma= nibus. Atqui obedienti & timenti dominum, aduersa  
 omnia licebit effugere. Nec tantū ualent in ciuitate Sapientia  
 potentissimorū uirorum præsidia, quantum sapientia: cōfortauit  
 ea solet nonnunquam etiam omittentibus facere quæ &c.  
 oportebat, ignoscere. Et quis est, qui non impingat ali Sed & cum  
 cubi? Impiorū item sermonibus cauesis propries, ne ētis sermo= si pestilētibus uerbis, tanquam innoxījs improbis serui nibus &c.

240 D. GREG. NEOCAESARIEN.  
gerris, aurē securus accommodaueris, deinde ubi pectus  
tuū morsibus fauciū fuerit, incipiās & tu in plerisq; o-  
peribus cū maledictionibus recalcitrare, sicq; subuerti.

Cunctaten-  
tani &c. Omnia hæc mihi iam olim comperta. Sapientiam  
enim à deo affectus eram: sed eam heu quanto damno  
meo abieci: ad similem enim illi prislinæ, amplius per-  
tingere non uideo. In tantum spacium tamq; immensa-  
sum ausigit profundum, ne ulla sit eandem reparandi  
facultas. Deniq; in eam deductus sum desperationem,  
ne amplius requirerem, neq; cogitarem quām euānde  
forent impiorum lætitiae, quām friuola cōsilia, quamq;  
aegra uita. Cumq; sic habere, letali cōcupiscentia irre-

Et inueni titus, in hoc ipsum uolutabru incidi. Expertus etiam  
amariorē sum mulierem esse mollem quandam terram, uel aliud  
morte &c. tale quid. Cor enim ipsius quasi sagena prætereuntes  
concludit. Quod si manu sola contingat, tenet: si am-  
plexetur, uinculis trahit. A qua solus liberatur, qui deū  
habuit propitiū, & ut inspectore omnium obseruauit.  
At peccatis seruiens eam nō effugiet. Evidē diligenti  
perscrutatione facta in mulieribus omnibus, neque in  
una inueni sapientiā. Et in multis millibus uirum quis

Solumodo noscit sapientē, mulierem nō item. Hoc autē cum-  
hoc inueni primis cognoui, simplices hominū animas à deo cōdiz-  
&c. tas, sed accersere sibi ipsi malum, cogitatus uarios, &  
quæstiones nunquā finiēdas: & cum ad sapientiā inda-  
gandam sint nati, in uerbositatibus tamen etatē omnē

Cap. V III deterūt. Sapientiæ iudicium ex luculēto hominis uultu  
apparet,

apparet, ueluti & liuor impudens, statim ut uidetur ali sapientia ho quis, prodit dignum quē ipse inhabitet. Magna dili minis lucet. gentia regis uerba attēdenda sunt, sed iuramēū per no Ego os res men dei modis omnibus fugiendū. Sermonibus domini gis &c. licet molestū quid imperātibus decet obedire, cauereq; ab omni in eū blasphemia. Nā quamuis inferat tibi ali quid, nō tamē tuū fucrit reprehēdere, neq; cōtradicere decretis monarchæ uel regis. Nihilominus tamen in sa cris præceptis perseverare, et procil abesse à pestilen tibus dictis, cōsultius & utilius. Evidē sapiens ante Omni nego oculos semp habet iustū iudiciū suo tēpore futurū, & cio &c. prænoscit omnia humanae uitæ opera superne retribu tionē expectare. Verū quod nunc mali parum animo aduertūt nimiiū de hac uita solliciti, id citra cōtrouersiā in futurū ignorabūt minime. Ignorātur sanè superuen tura, è quibus nullum pro dignitate satis poterit annun ciari: neq; ullus tam fortis, qui angelū animā suā separaturum à corpore prohibere queat: neq; ulla omnino uia inuenītur, qua hora mortis uel quomōlibet proro getur: sicut & in medio prælio captis, omnia effugium negat, ita & tūc uniuersa hominis impietas emicabit.

Obstupescō itaq; quoties aspicio, quot & quanta in Omnia hæc proximū damnā homines cōminiscūtur. Licet sciā im consideraui pios nōnullos ex hac uita ante diem raptos, ne ceteris &c. præpedimēto essent, eo quod uanitati sese exposuerāt. Quia enim diuina prouidētia nō subito oēs plectit, ob ligānitatē qua malos tolerat, et nō statim in delictis

ulciscitur: idcirco vir impius nihil referre putat, si frequenter et grauiter peccet, cōfidens se cū innocentibus euasurū: sed nō intelligit, quod etiā post multū tēporis malū nō latebit impunitū. Bonū ergo maximū est pie colere deū. Impius ubi exciderit à pietate, nō diu abus

**E**s & alia tetur stultitia sua. Pessima autē et emētita opinio de uanitas &c iustis & iniustis sēpe homines de�ascitur, quandoquidem de utrisq; plerisque, sinistre suspicātur. Sēpe enim quis iustus est, et nō apparet esse iustus: cōtrā, impius sēpe prudēs habitus est. Quem ego errore nimirū molestum, interq; præcipuos posuerim. Putabā autē alii quando bonum suminū in esculētis, poculētisq; situm, cumq; deo gratiore, qui licentiosus per omnē uitam ijs frueretur et refrigeraretur. Eamq; laetitiā solā admirabar, atq; adeo nihil aliud cogitabam, ne uel nocte uel die ab illa re ad hominū delitias inuenta me abducere. Tandē ex ijs unū hoc cōperi, neminē huius farinæ, illo pacto, quantūvis labore, ad bonū, quod uere bonū est.

**C**ap. IX peruenturum. Opinabar etiā tunc mea studia, digna sunt iusti esse mortalibus omnibus, & si sapiēs quis, iustitiæ esset ac sapien= deditior, iniustitiæ subuersor, nulli inimicus, & equis id. tes &c. quod deo gratissimum omnibus, is mihi uanitati studere et despere uidebatur. Similiter existimabā cundē fine iusti et impij, boni et mali, puri et inquinati, deū placantis et nō placantis. Item quod iniustus et bonus, iuramentī fidē custodiēs et frangēs, in cundē tandem portū appulsiū essent. Et certus propè erā omnes parisiue

consummandos. Etiamnū scio, quod eiusmodi sunt Vnde & insipientium cogitatus, errores, & deceptions. Multa nunc cor- enim dicūt, nempe mortuos omnino perire, & mortuo da &c. honoratiōē uiū, etiamsi in tenebris squalescat, uel ob uilitatē comparetur canis uitæ ad leonis cādauer cōpa- ratæ. Viuētes uel hoc unū scire sibi esse moriendū, mor- tuos uero planè nihil. Retributiones nulli repositas: ubi debitū naturæ solutiū fuerit, finē simul habituras inimi- citias & amicitias erga defunctos. Eorum enim tam emulatio defecit, quam uita dispaeruit, et ut semel dicā, nihil ex rebus nostris cōmune futurū eis q hinc migrā- rint. Posteaq uero homo taliū errorū præstigijs fue- rit incantatus, incipit cōsultare in hunc modum: Hecus Vade ergo quid agis? cur nō mage delicijs uacass? cur nō epulis ex- & comes pleris omnibus, & iuno obrueris? An non uides omnia hæc à deo cōcessa, ut citra prohibitionē cuiusquam ijs fruamur? uestibus induere nuper lotis, unguēto caput perungito, mulierē hanc cōtemplare, sed & illā, uanā hanc uitā in uanitatibus transmitte. Præter hæc enim tibi reliqui nihil erit tam hic q post mortē. Fruere ergo præsentibus, neq; ab inferno tibi timēdū, in quē omnes proficiisci dicimur, expers enim est sapientiæ sensusq;

Hæc quidē nugāturi uani, ego aut̄ sat scio, quod neq; Verti me ad qui perniciſimi habētur, cursum hunc magnum perſi diuid &c. ciūt, neq; qui ualidi & terribiles hominibus existimati tam horreō bello uincēt. Sed neq; in abundantia edu- liorū sapientia probatur, neq; sapiētiæ cū diuinitijs cōmu-

ne aliqd esse solet. Neq; assentior ijs qui omnibus eadē  
euenire putant. Evidē m̄hi ualde dormitare uidetur,  
qui talia cogitātes nō reputant secum, qd' ueluti pisces  
& aues retiaculo attracti miserè cōterēdi iustis punicē  
Hanc quo= tur supplicij. Iam ego sapientiam tanti fecerim, ut  
que sub so= & ciuitatulā à paucis habitatā, aq; magni regis manus  
le &c. obfessam, si modo uel unū sapientē tamet si pauperē ha-  
beat, frequētem magnāq; putē. Poterit enim ille & ab  
hostib. & à bellicis machinis oppidū suū facere saluū.  
Et alij quidē sapientē illum inopē nō cognoscūt. Verū  
ego sapientiæ uirtutē longe præfero potentie uulgari.  
Sapiētia enī illius inde cōtemptibilis est, quia pauplati  
cohabitat: sed nō multò post audietur potētes et tyran-  
nos desideriorū seruos alloquēs ferro ipso potētor fuz-  
tura. Cōtrà insipiētia unius, etiā si à plerisq; ui magnus  
Cap. X celebretur, periculū affert multis. Nam & muscæ si  
in unguentū cadant suffocatæ, tam unctiōnē quam un-

Preciosior gueti faciē reddūt deformē. Incōueniēs etiā est candē  
est sapientiæ insipiētiae q; simil acceptā ferre. Sapientē  
semper ad dexterā inuenies honorū operū, stultū uero  
ad sinistrā declinantē, nec unquā honestatis ducatu in  
operibus suis utetur insipiētia. Cogitatus enī eius uani-  
Si spiri- sunt, stultitiaq; referti. Quod si amice, bellū tibi mo-  
tus &c. ueat spūs aduersarius, resistas ualide, certus, deum pro-  
pitium etiā multititudini peccatorū ueniam posse dare.  
Est & ma Opera autē tyrāni & patris omnis malitiæ hæc sunt:  
lum &c. Insipiētē in excelsum sublimari, diuitiē humiliari sensu,  
seruos

seruos peccatorū in eis ferri, & uiros sanctos humili-  
ter obābulare, uidereq; corā se impios supbiētes. At q. Qui fodit fo-  
alteri insidiatur, nescit qd' sibi ipsi primū & soli parat ueam &c.  
insidias. Qui securū alterius demolitur præsidium, in ser-  
pētis morsus paſſim incidet. Sed & q lapides extrahet  
ſufferet labore nō paruu. Similiter & qui ligna ſcindet  
in armis suis periclitabitur, turbabitur autē ſi ſtrrū ma-  
nubrio exilierit. Nulli bene cedet, qui cōuehet opes, et  
per iniustitiā ad augere querit poētiā breui duraturā.  
Occultū autē ſerpētis morsum, incantatores nō medi-  
cabūtur. Mal i taq; uani ſunt, bonus uero bona opera-  
tur, & ſibi & proximo cōducibilia. Stulto itē ſua ga-  
rulitas pernicioſa eſt: licet autē interdū os aperiat, ſtulte-  
tamen orditetur, ſtatiu finē facturus. Omnino ſuā ipſe-  
met declarat ſtultiā. Imposſibile uero homini eſt, Ignorat ho-  
ſcire, uel etiā ab homine diſcere, quae ab initio fuerint, mo &c.  
queq; ſuperuētura ſint. Quis enim ille qui annunciet?

Cæterū homo qui in ciuitate bonā cōcedere nescit, Labor ſtu-  
& oculorū ſuorū, & faciei afflictionē expectat. Ciui- torum &c.  
tati autē cuius rex puer, & cuius principes crapulæ ua-  
cant, mala prædico. Sed beatam aſſero terram, in qua  
liberi filius imperat, & magistratus bonis in tempore  
ſruuntur. Piger & oculos ſuā minorē faciūt, In pigri-  
alios ſubſannant, ingluie ſua abutuntur omnibus, ar- tis &c.  
gento quoquis trahuntur, uili precio nihil nō humile &  
uile facere parati. Deniq; regi, principibus & magi In cogita-  
Stratibus parendū per omnia, ita ut ne dicto quidē illis tione &c.

quis aduersetur, aut uerbulum aliquod triste obnitorum  
ret. Timendū, ne si quid etiā solus dixeris, manifestetur  
aliquādo. Magno enī & diuini & unico regi, angeli ue  
loces & alati, spūali simul & rationali fungētes ministe

**Cap. XI** rio, defrēt oīa. Iustū est, panē & cætera huius uitæ  
Mitte pa= necessaria cōicare hominibus, tāctsi perituruū uideatur  
nem &c. beneficiū, ac si quis in aquā projiciat panē. Apparebit  
aut̄ procedēte tēpore nō inutile tibi fore misericordiā.

Da aut̄ liberaliter, & diuide pluribus, sua tamē cuiq;  
nescies enī qd supuenciens dies allaturus sit. Ecce nubes  
aliquandiu pluuias suas cohibet interdū, que postea lar  
gum imbrē super terram depluūt. Neq; arbor illa est,  
que semp̄ stet. Eam enī licet homines nō succidant, uen

**Qui obser**s to tamē olim subuertetur. Multi sunt q à cœlo futura  
uat uentum uolunt prænoscere. At quis nubes respiciens, & uentū  
&c. expēctās, uel mesē uel uentilationē ob persuasiunculā  
friuolā intermitteret? Sane opera dei pinde nobis igno  
ta sunt, ut fructus prægnantiū, quos ignoramus quales  
futuri. Qui igitur in tempore fementē fecerit, fructus


etiā comedet, quando tempus suū instabit, quis incertū  
quenā ex his que plātauimus meliora erūt, tamē si in  
Dulce lu= bonū cedant oīa. Si aut̄ quis secū ratiocinetur quam  
men &c. pulcher sit sol, q suavis hæc uita, q iucundū: in summa  
felicitate longæuū fieri, & q horrendū perpetuūq; ma  
lū sit mors, nihil omnino affrens cōmodi, unde sc̄ntiat  
nos frui debere omnibus præsentib. utcunq; uideantur

suauia: insup & adolescentib. cōsulat, sua etate abuti,  
permitt-

permittere animabus suis omnē uoluptatē, indulgere  
desiderijs, uiuere ut libet, spectare oblectātia, auersari  
aut qu.e nō sunt eiusmodi. Ad quē ita dixerim: Insipien-  
ter agis o tu quisq; es nō expectans futurū in his oībus  
dei iudiciū. Mala res est int̄perātia, libido aut̄ & spur-  
citia dannū & iniuriā corporib. nostris afferūt. Ado-  
lescētiæ comes est insipiētia, insipientia uero dicit ad  
interiū. Operæ p̄cū igitur, ut cum adhuc sis adole Cap. XII  
scēs, deū timeas, priusq; miserijs objicisci, ueniatq; ille Memento  
magnus & terribilis dies domini, quando neq; sol, neq; creatoris  
luna, neq; stellæ aliae ultra fulgebūt, mouebūt aut̄ su tui &c.  
Pernæ uirtutes, angeli custodes mūdi, in tempestate &  
turbatione illa uniuersi, ita ut quiescēt tūc tam uiri po-  
tentia, q mulieres operariæ, & fugiāt in tenebrosa do-  
miciliorū penetralia, clausis ianuis oībus, & si qua mo-  
lendo occupata, prohibita fuerit timore nimio, gracili  
uocula ut auicula parua clamabit. Omnes aut̄ impuræ  
mulieres in terrā cadēt. Similiter & ciuitates, et illarū  
sanguinarij magistratus uindictā supne expectabunt,  
urgēte acerbiſimo crūtiſimoq; illo tempore, qd' erit  
ut amygdalus florēs. Tunc ita fr̄quētia aderūt suppli-  
cia, sicut multitudo locustarum aduolantium, & ita ē  
medio abisciētur peccatores, ut nigra despiciatissimaq;  
capparis. Et bonus quidē uir in domū suā æternā gau-  
dens proficiscitur. Improbū uero omnia suo luſtu cōple-  
bunt, neq; illis repositū argētū neq; probatū aurū pro Anieq; rum  
derit. Magnus enī fons cōprehendet omnia, quo usq; patit &c.

apud puteū stent hydria & uehiculū rotæ, quām cōtin-  
git quādoq; clabi. Quū igitur cessabit cursus temporū  
per rotā, & uitæ p aquā signatus, et præterierit seculū  
urnā gerēs, & iacuerint homines sup terrā, tū erit una  
salus si agnouerint aī& cōditorē suū, & ad eū reuolue-  
Vanitas ua- rent. Dico igitur sicut & principio dixi, mirā esse ua-  
nitatū &c. nitatē qua occupantur homines, tamq; supabundantē,  
ne quis eā totā animo queat cōplecti. Cæterū & hic  
Cumq; eſſet meus quis sapienter cōcionantis labor superuacaneus,  
sapientissi- apud populū illū iustitiae negligētē, doctrināq; & curā  
mūs &c. respuente. Ego quidē senior, lōgo iam uitæ tpe trans-  
missō, amore mysteriorū ueritatis nō absq; labore inq-  
stui, ut inuenirē quæ placita eſſent deo. Cōperi aut̄ ani-  
mos nō minus sapientiū admonitionibus excitaris opis-  
riq; q; si aculei claviq; corporib infigātur. Vnde ſpero  
futuros, q; doctrinas illas sapientia plenas, ſibiq; à fideli-  
pastore & præceptore creditas, posteris enarraturi ſint  
multò uberioriſtāq; cōsonanter, ut q; ex uno ore audiūt.

His am- At qd pluribus, cum multiloquij nulla fit utilitas? Sed  
plius &c. nec tibi o amice cōſuluerim, inutilia et quæ minus cōue-  
niunt describere, cū in eis præter labore nihil fit reliq.  
Finem lo- Postremū, ex me quoq; cū epilogo finē petierit aliqs,  
quēdi &c. eū ecce uobis & breuiter & manifeſte annūciabo o ho-  
mines: Timēdus ante oīa deus omniū dominus ſimulac-  
iſſeſtor. Obſeruāda itē mādata ipsius, & perſuafion  
habeat unuſq; ſq; omnia poſthac iudicāda, & ſingulos  
iuxta merita operū ſuorū ſue bona ſue mala, retribu-  
tionem accepturos. F I N I S.



Lugahwa, 18.130

dici tunc sic offend  
re mcep adhuc me  
huc dari. Apud i  
n uocantur multe red

**D**e **C**aut ex appen  
morbis immit uelli  
cent si accidit qd u  
al sequit alia crisi  
ablatione alia signat  
cipiat q ipso sequa  
tur ab ali pl. ab ali q u  
accidit. **I**f autem  
morbis in suo cito  
apparet uicio in p.  
explanare. alii ai

